



*Soll
coliga
oetra
mag.*

**De iusticia et iure obtentionis ac
retentionis regni Nauarre Liber
editus per egregium meritoque cole
dus virum Jo. lup. de palacios ru
uios doctores eximium Regium se
natus. P. scriptum. Cum privilegio.**

Prologus.

Ed clementissimum inuictissimum et semper augustū Ferdinandum
quintum hispaniarum. vtriusque sicilie. hierusalem. insularum nuper
in oceano repertarū similiter et continentis Regem catholicum glo
riosum ac felicissimū assiduum acerrimumque ecclesie defensorē Bar
bararumque gentium domitorem/ Johannis lupi de palacios Ru
rios decretorū doctoris/ Regij consiliarij in opusculū de obtentio
nis retentionisque Regni Marre iusticia: necnon et de ipsius terre
fide et antiquitate Prologus incipit.

Inter reges et tyrānos potentissime et inuictissime princeps/
cū in alijs multis discrimen sit non paruum: In hac re summo
pere inter se distāt/ quod reges ea possident tantum eas cose
qui ijsque potiri nituntur: que iure optimo ad se pertinere arbitrantur/ ty
ranni vero non iusticie sed potencie dūtatur rationem habentes/ que
cumque sibi acquirere possunt: vel posse sibi persuadent: vsurpant/ atque
oblata occasiōe sine aliqua hesitatione inuadūt/ inuasaque si forte asse
quuntur: omni conscientie remorsu omnique timore dei posthabito re
tinent/ totisque viribus detinere conantur. Contra quos diuus Augu
stinus in suo locupletissimo opere de ciuitate dei sic ait. Remota iu
sticia quid sunt regna nisi magna latrocinia: quia et latrocinia quid
sunt nisi parua regna? iuxta id quod quidam p̄trata in suis facinoribus
comprehensus Alexandro illi magno/ cum totum orbem absque aliqua
cupiditatis mēsurā occuparet/ respondisse traditur. Cum enim alexā
der penas de homine illo sumpturus/ eundem interrogasset: quid ei
videretur/ quod haberet mare infestū: ille grandi cum audacia loque
dus libertate / quid tibi (inquit) vt orbem terrarum? Sed quia ego
exiguo nauigio facio: latro vocor/ quia tu magna classe/ imperator.
Nam quēadmodum prelati ecclesiastici digni reprehensione et vitupe
rio et apud deum et apud homines existunt: qui ambitione et potentia
potius quā iure honores et prefecturas ecclesiasticas sibi assumūt: iuxta
id quod ad hebreos ait apostolus. Nec quisquam sumit sibi honorem. sed
qui vocatur a deo tanquam aaron/ atque illiusmodi homines latrocinij in
fama a saluatore ipso notantur apud iohānem dicente: Qui non in
trat per ostium in ouile ouium/ sed ascendit aliunde: ille fur est et la
tro: ita etiam reges et principes seculares: qui omni ratione et ordine
iuris pretermisso noua dominia et potentatus sibi accumulāt/ oppro
brium atque iram dei non minorem incurrūt. Non enim modo potesta
tem spiritualem/ verum etiam temporalem a deo deriuari ac iccirco
in eum ipsum esse referendam nemo est qui ambigat. Et vtrique mini
stri dei a scriptura appellantur: dicente apostolo ad romanos: Non
est enim potestas nisi a deo. Et illud, Principes ministri dei sunt in

Differētia inter re
gem et tyrānū. de
quo p̄ polichratū
li. 4. in principio.

De tyranno.

De tyranno.

De tyranno.

Contra eos qui in
iuste dignitates ac
quirunt.

Omnis potestas
est a deo et in ipso
referenda.



Prologus.

hoc ipsum feruientes. De his scribitur in proverbio. Per me reges regnant et legum conditores iusta decernunt. Per me principes imperant et potentes decernunt iusticia. De alijs vero potius quidem tyrannis quam regibus qui nullo iure regna aut adquisierunt aut adquisita retinuerunt. Sic ait deus ipse per Ioseph prophetam. Ipsi regnauerunt sed non ex me principes extiterunt sed non cognoui. Lutus rei cum semper habeas rationem christianissime rex. Quamuis ea praeditus sis potentia eamque habeas militum multitudinem, strenuitatem et robur, ut facile ac breui posses multo ampliores terminos tui imperij facere: tamen intra iusticie limites ita te contines, ut nihil nisi quod aperto et indubitato iure tui esse conperitur, tibi vendices. Cum igitur Nauarre regnum cuius oppugnationem in fauorem et auxilium sacrosancte Romane ecclesie suscepisti, nuper tuis accesserit: non contentus de bono ac sancto fine quem in illa expeditione habuisti, verum etiam exoptas ut media iustissima fuerint et cunctis appareant, mihi imperasti ut de iure occupationis retentionisque illius regni scribendum curarem: Et non modo maiestati tue, cui per actum meum et claritatem propriam ingenij et per viros scientia et conscientia pollentes tam iuris consultos quam sacre theologie professores ratio ipsius rei luce clarior existit: verum etiam ceteris christis tam nostris quam aliarum nationum hominibus super hac ipsa causa abunde satisfiat. Visa est mihi prima sermo te res valde difficilis et meis viribus multo superior, queque multo maiori litteratura multoque grandiori auctoritate et gravitate indigeat. Nam cum hec causa ea sit, que si qua unquam personas multas in sublimi statu et solio constitutas attingit, ipsa maxime tangat. Cumque tam grandium tamque sublimium partium magni ac multi sint sequaces et fautores, et per inde negotium fortes copulatos habeat impugnatores: quicquid ediderimus in ipsa pericula inque hostium fauces et in media procella turbulentissimasque maris undas iactasse videbimur. Cumque hec res sit que propter partium (ut diximus) claritatem et propter tractati belli nauarrici celebritatem et fame diffusionem in ore totius vniuersi versetur: etiam scriptura: que de ea ipsa re differuerit, ad multorum manus perueniatur ac perinde diuersorum et quasi innumerabilium iudicium subituram manifestissimum est: Cumque ut est in proverbio: quot sunt capita tot sint sensus: atque ideo nullum ferme sit scriptum: quod si multis proponatur magna eorum parte non habeat contradicentem: necesse est: ut quicquid per me in lucem exierit, multos habeat maledicos et obrectatores etiam ex his que nullius partium sunt sequaces vel studiosi. Et tamen quia veritas magna est et pre omnibus fortior, ipsa manet et inualefcit in eternum et vivit et obtinet in secula seculorum, ut scribitur in esdra: Propterea suscepi onus atque imperio acquievi, non tam ingenio meo fretus quam certa iusticia cause: que ad sui confirmationem et fulcimentum subtilibus ac

Contra tyrannos.

Loquitur regi.

De captione et retentione regni nauarre.

Quare res ista scribere iussit.

Res difficilis est super his scribere et quare.

Veritas oia vincit

Prologus.

nouis non indiget argumentis nec exquisitis et coloratis rationibus, memor illius sententie lactantij firmiant. Qui in suis diuinis institutionibus dicitur pro veritate et iusticia christiane religionis ita premittit. Sed quoniam deus hac voluit esse rei naturam: ut simplex et nuda veritas esset luculentior quia satis ornata per se est, ideoque ornamentis extrinsecus additis fucata corrumpitur. Ad dactum vero specie placet aliena, quod per se corruptum vanelet ac desinit nisi aliunde ornatum quesito circumciliatum fuerit atque politum: equo animo fero ingentibus michi mediocre fuisse concessum: Presertim quia iustis tue celsitudinis contrarie absque nephario scelere non possem: unde potius sub onere ruendum fuit, quam voluntati tue repugnandum. Quibus ipsis tam idoneis causis nos mouebamus immo in luce opus ipsum emittere non formidauimus. Accipiat igitur sacra tua maiestas exiguum alumni tui munus a diuinitate emanans voluntate, eiusque in te obsequij immo pietatis potius quam prestantie ipsius operis habes rationem: eo fauore prosequere, quo ab omni aduersitate imperpetuum protegatur. Et antequam que (deo propitio) dicere constitui: lucidior sit intelligentia: in sex partes totum opus ipsum secabimus ac distinguemus pretermittis multis alijs que dicere constitueram: si schisma ipsum (quod tandem dei clementia extinctum est) perstitisset. Diciturus enim eram non pauca de potestate pape, et concilij, et de eiusdem concilij conuocatione, et congregacione quem scilicet de iure spectet: an solus papam: an ipsum cum cardinalibus: an solos cardinales presertim in casibus papam tantum gentibus, et ecclesiam scandalizantibus. In casu autem quo solos cardinales spectaret: an omnes an eorum maiorem partem: an sufficiat minor pars maiore forsitan negligere vel contradicere. Item an cardinales debeant requirere papam ut concilium conuocet. Si vero requisitus nolit: an per hoc constituatur in mora et notabili negligentia: adeo ut ius conuocandi et congregandi concilium irrevocabiliter transeat in cardinales: ita ut nullatenus liceat pape postea etiam mutato proposito concilium conuocare siue congregare. decreueras preterea commemorare viginti quatuor scismata: preterita, et media quibus extincta fuerunt: ut ex illis forsitan aliquod assumeretur ad reces scisma sedandum. Multaque alia scribere et longe lateque differere et disputare michi erat in animo: que in presentiarum missa facio, quoniam mutatis rebus et cessante necessitate, superfluum molestisque lectoribus mihi fore visum est quicquid nichil utilitatis sed curiositatis duntaxat erat pre se laturum. Ad sex igitur illas partes me restringedo: quod totius negotij origo et ratio fuit inobediencia et conspiratio tam laicorum quam ecclesiasticorum in summum pontificem ac perinde scisma illud exortum et conciliabilem preter eius auctoritatem immo contra eam indictum. In prima operis parte, quod ab enarratio

Notabilia verba lactantij.

Premeditata pretermittit.

Diuisio operis in sex partes.

Prima pars.

a iij

Sexta pars. §. 12.

in fine. Quod ipm. 5. parte. §. 4. retulimus. Ego addo aliā rōnē hu-
ius ppetuitatis regni gothorū i hispāta et qre penes illos monarchia
seper extitit nec vnquā ad aliq̄ aliā gentē transierit: qz. s. a principio
iustū habuerūt ingressū ex donatione honorij impatoris (vt supra di-
ctū est.) At e contrario cū primū nauarrozū reges vitiosū habuerint in-
gressus (vt parū ante ostendim⁹) et insuper rex et regina moderni no-
uā iniusticiā adderēt / fauorē ⁊ auxiliū negādo ecclie in sua afflictione
et necessitate: immo inimicis ecclie eisdēq̄ schismaticis se adiungen-
do et militib⁹ xp̄i et ecclie .i. hispanis impedimentū prestādo per trā-
situs denegationē: disposuit clementissim⁹ idemq̄ iustissim⁹ de⁹ vt do-
minio priuaretur transfretos regnū in alias gentē iuxta id qd̄ adduxi-
mus supra ex eccliaſtico de trāslatione regum ppter iniusticias et il-
lud saluatoris apud Matheū capite. 21. Aufertur a vobis regnum et
dabitur genti facienti fructus eius.

§. 12.
Ad regē nostrum

Hec sūt clementissime principes que circa
materiā obtritionis nauarre p tuā maiestātē michi iniūctam dicēda al-
tissimo aspirante sese obtulerunt. Quia in re a maiestate tua humi-
lime atq̄ obnixē etiā atq̄ etiā peto ⁊ obtestor: vt potius affectus quā
effectus habens rationē: et nō quemadmodū dixerim: sed quēadmo-
dū dicere desiderauerim considerās: eo fauore prosequaris: quo rem
multo maioris momenti et pfectionis psequeris / memor vniuersa-
lis illius regis saluatoris nri cuius vices in terris geris: qui acceptio-
ra fuisse duo era minuta: que paupercula vidua misit in gazophilatiū
quā diuitū opulenta donaria cōmemorat: qz (inquit) oēs ex eo quod
abundabat illis miserunt: hec vero de penuria sua omnia que habuit
misit. A lectoribus vero illud exposco vt voluntate nra siue intentio-
ne cōtenti: et qd̄ veritatis simplicitati puritatē quantū potuimus in-
stitimus / de his nos q̄ superaddi potuissent nō incusent / illud aduer-
tentes qd̄ nō omnia possumus om̄s: et quod aliis alio plura adinue-
nire potest: nemo omnia quodq̄ iuxta sententiā Aristo. vnusquisq̄
de natura rerum: Ac perinde: de moribus et de quibuscunq̄ alijs re-
bus circa quas scientie versantur: aliquid dicit: singuli aut̄ parū confe-
runt: sed ex omnib⁹ cōgestis magnitudo quedā emergit / cōsiderātes
quoq̄ qd̄ licet rem ad summū nō perduxerim⁹ / nec ad vngū eā discuf-
serimus: nō tñ parū fecisse censendi sumus / qui initiū fecimus / materi-
amq̄ et occasionem subtiliores rationes argutioresq̄ vias excogi-
tandi: alijs prestiterimus.

Finis.

Ad lectores.

Tabula siue repertoriuz precedentis tractatus.

A

Appellari non potest a papa ad christum. 2. parte. §. 4.
Appellari non potest a pretoze generali alicuius domini ad ipsuz do-
minum. 2. parte. §. 4.

B

Bellum mouet ecclesia contra scismaticos. 4. parte. §. 3.
Bellum mouet prelatus pro defensione rerum ecclesie. 4. par. §. 3.
Bellum aliquando dicitur defensio. 4. par. §. 3.
Bellum aliquando permittitur et indicitur ab ecclesia. 4. par. §. 3.
Bellum iustum ista requirit. 4. parte. §. 3.
Bello capta quando efficiuntur capientium. 5. parte. §. 3.
Bello qui recuperat sibi debitum an potest illud petere. 5. parte. §. 3.
Beneficium perdit qui non facit illud propter quod fuit sibi concessum. 5. parte. §. 1.
Bona restitutioni subiecta quomodo confiscantur. 5. parte. §. 5.
Bona sua an quis perdat propter crimē lese maiestatis. 5. parte. §. 8.

C

Cantabri romanis non parent. 6. parte. §. 3.
Castella quare sic dicta est. 6. parte. §. 8.
Castelle insignia. 6. parte. §. 8.
Castelle intitlatio quare precedit. 6. parte. §. 8.
Casus narratio super quo iste tractatus est. 1. parte.
Cause propter quas iste tractatus factus est in prologo.
Christus est caput ecclesie. 2. parte. §. 1.
Christi vicarius petrus. 2. parte. §. 2.
Christi actio nostra est instructio. 4. parte. §. 5.
Christianis quando licet gladio vti. 4. parte. §. 5.
Christianissimus quare dicitur rex francorum. 4. parte. §. 5.
Clericus violans interdictum ppter metū non excusatur. 3. par. §. 2.
Confederationes contra ecclesiam vel papā sunt phibite. 4. par. §. 1.
Confiscantur bona restitutioni subiecta. 5. parte. §. 5.
Cruz an et quando detur contra christianos. 4. parte. §. 5.
Curati a quibus peccatis absolvere possunt. 2. parte. §. 5.

D

A

Tabula.

Delictis quasi contrahitur. 5. parte. §. 6.
Delicto inest obligatio naturalis. 5. parte. §. 6.
Delicti enormitas est contra transgrediendi leges. 5. parte. §. 7.
Delinquendi prontas agrauat penam. 5. parte. §. 7.
Dignitates iuste sunt acquirende. in prologo.
Difidato principali difidantur accessorii. 5. parte. §. 3.
Dioecesis pape est totus mundus. 2. parte. §. 4.
Diuisio tractatus in sex partes.

E

Ecclēsie unitas. 2. parte. in principio.
Ecclēsie caput est christus. 2. parte. §. 1.
Ecclēsia conuocat principes christianos contra schismaticos. 4. par. §. 3.
Ecclēsiarum iurare tenentur rex et imperator. 4. parte. §. 2. 3. 5. par. §. 1.
Ecclēsie potestas semper crescit. 2. parte. inf. 5. parte. §. 7. in fine et §. 8. in fine.
Ecclēsiarum vel eius ministros offendentes grauitur a deo sunt puniti. 4. parte. §. 6.
Edictum cesaris augusti. 6. parte. §. 3.
Ecclēsia mouet bellum contra schismaticos. 4. parte. §. 3.
Episcopos quare papa fratres appellat. 2. par. §. 4. in fine.
Episcoporum potestas a quo deriuatur. 2. parte. §. 5.
Episcopus qui renunciauit episcopatum non potest iurisdictionem exercere. 2. parte. §. 5.
Episcopus qui non habet episcopatum vel extra suam dioecesim non potest solemniter benedicere. 2. parte. §. 5.
Epistola bonifacii ad regem francozum. 2. parte. §. 6.
Epistola regis francozum ad bonifacium. 2. parte. §. 6.
Excommunicatio aliquando ferri potest sine monitione. 4. par. §. 3.
Exempla sanctorum patrum sequenda sunt. 5. parte. §. 2.
Exempla parentum preiudicant filiis. 5. parte. §. 7.

F

Factum schismatis super quo iste tractatus fit. 1. parte.
Fautores et complices schismaticorum possunt debellari. 5. par. §. 3.
Filii rebelium quomodo puniuntur. 5. parte. §. 7.
Filiis preiudicant parentum exempla et delicta. 5. parte. §. 7.
Filius natus ante patris delictum. 5. parte. §. 8.
Filius an puniatur propter crimen lese maiestatis patris. 5. par. §. 8.
Filii regum qui ex parentum delicto sunt regno priuati. 5. par. §. 8. 9.
Fisco quando debentur bona restitutioni subiecta. 5. parte. §. 5.

Tabula.

D

Dispaniam quando greci cartaginenses romani vandali sicut huius et gothi obtinuerunt. 6. parte per totum.
Dispanie diuisio inter cartaginenses et romanos. 6. par. in principio.
Dispaniam quando venit cneus scipio et nauarros oppressit. 6. par. §. 1.
Dispaniam quando venit publius scipio eius frater et quomodo vincuntur et occiduntur a penis. 6. parte. §. 2.
Dispaniam quando venit scipio africanus. 6. parte. §. 2.
Dispaniam quando et quare venit cesar augustus. 6. parte. §. 3.
Dispaniam quando intrarunt vandali huius et sicut et diuisio inter eos facta. 6. parte. §. 4.
Dispaniam ab imperatore honorio gothis donatur. 6. parte. §. 4.
Dispaniarum monarchia quando gothi obtinuerunt. 6. par. §. 4.
Dispaniarum monarchia continuatur in gothis usque ad tempora nostra. 6. parte. §. 6.
Dispaniam tempore roderici capitur a mauris. 6. parte. §. 6.
Dispaniam recuperat pelagius. 6. parte. §. 7.
Dispanie regnum defertur filio primogenito et in defectum masculi defertur femine. 6. parte. §. 9.

I

Indulgentiam concedit papa contra schismaticos. 4. parte. §. 4. 5.
Indulgentia ut sit iusta ista requirit. 4. parte. §. 4.
Indulgentia aliquando fuit concessa bellantibus pro ecclesia. 4. par. §. 4.
Inuria a familiaribus facta est grauior. 4. parte. §. 4.
Insignia vel arma regum gothorum. 6. parte. §. 7.
Insignia regum legionis. 6. parte. §. 7.
Insignia regum castelle. 6. parte. §. 8.

R

Regio ciuitas a quibus fuit edificata et quomodo antiquitus nominabatur et que fuerunt eius insignia. 6. parte. §. 7.

M

Martires an dici possunt qui in bello pro ecclesia moriuntur. 4. parte. §. 4. in fine.
Mariti delictum quando preiudicat uxori in dote. 5. parte. §. 5.
Maritus et uxor simul delinquentes puniuntur. 5. parte. §. 5.
Marito et uxore discordantibus quis preualet. 5. parte. §. 5.
Metus non excusat a peccato delicti vel schismate. 3. parte. §. 1. 2.
Metus non excusat clericum interdictum violantem. 3. parte. §. 2.
Metus tormentorum non excusat falsum confitentem. 3. parte. §. 2.

Tabula.

Ademus non excusat ab inobedientia pape vel superioris. 3. par. in fi.
Monarchia hispanie quare continuatur in gothis. 6. parte. §. 11.

N

Navarre reges quare fuerunt regno privati. 5. parte. per totum.
Navarri quomodo restiterunt hantali volenti transire in italiam. 5. parte. §. 3. et. 6. parte in principio.
Navarri opprimuntur a cneo scipione. 6. parte. §. 1.
Navarre ciuitas pompplona atpanagrū antiquitus appellata a quibus fuit condita ampliata obsessa et capta. 6. parte. §. 1.
Navarre ciuitas tutela a cneo scipione obsidetur et capif. 6. par. §. 1.
Navarrozū duces amusus mandomus et indibilis contra romanos rebellant a quibus vincuntur. 6. parte. §. 1. 2.
Navarre romanis non parent quos cesar augustus debellat vincit et subiugat. 6. parte. §. 3.
Navarri an sunt de genere gothorum. 6. parte. §. 5.
Navarra hispanie puintia sub regib⁹ gothis seper extitit. 6. p. §. 10.
Navarra post clade recuperatur ab alonso catholico. 6. parte. §. 10.
Navarram rebelantem subiugat froila alfonsi catholici filius qui ex nauarris duxit vxore. 6. parte. §. 10.
Navarrozum regno viciose incipit. 6. parte. §. 10.
Navarrozum reges vsq; ad tempora nostra. 6. parte. §. 10.
Navarrozum reges sibi subditū fecit rex alfonsus octauus. 6. par. §. 10.
Navarram subiugat rex sanctius tercius. 6. parte. §. 10.
Negligentes res spirituales grauitur increpantur. 3. parte. §. 2.

P

Papa est christi vicarius. 2. parte. §. 4.
Ideo a papa non appellatur ad christum. 2. parte. §. 4.
Papa totus mundus datus est pro diocesi. 2. parte. §. 4.
Papa amplissimam habet potestatem. 2. parte. §. 6.
Papa habet potestatem super imperatores et reges ⁊ potest eos corrigere castigare et deponere. 2. parte. §. 7.
Papa significatur per montem sinay. 2. parte. §. 8. in fine.
Papa ex causa ardua potest exercere iurisdictionem in temporalibus. 4. parte. §. 3. in fine.
Papa potest dare indulgentiam euntibus contra schismaticos et cruce eos signare. 4. parte. §. 4.
Parentum exempla filijs nocent. 5. parte. §. 7.
Peccatozum remissio quod fit a papa episcopis et sacerdotib⁹. 2. p. §. 3.
Pena schismaticorum et rebellium. 4. parte. §. 1.
Pena filiozum schismaticorum et rebellium. 5. parte. §. 7.

Tabula.

Delagius quare rex legionis appellatus est. 6. parte. §. 7.
Delagius a regibus gothis originem traxit. 6. parte. §. 9.
Petrus fuit christi vicarius. 2. parte. §. 2.
Petro quare date fuerunt clauis. 2. parte. §. 3.
Pontifices romani a sede pulsi et restituti. 4. parte. §. 2.
Potestas est a deo et in ipsum referenda in prologo.
Potestas petri transit in successores non sic de alijs apostolis. 2. p. §. 4. in fine.
Potestas episcoporum et sacerdotum vnde puenit. 2. p. §. 5. in principio.
Potestas ecclesie semper crescit. 2. parte. §. 8. in fine.
Potestas regalis a sacerdotio ordinata est. 4. parte. §. 6.
Potestatem perdit qui ea abutitur. 5. parte. §. 2.
Præiudicium amittit qui eo abutitur. 5. parte. §. 2.
Protectio vxoris quod metu mariti facit quid operatur. 5. parte. §. 5.

R

Regnum iuste est acquirendum in prologo.
Regni nauarre occupatio et detentio. 1. parte ad fine.
Regna sunt a deo. 5. parte. §. 1.
Regna transferuntur a gente ingentem. 5. parte. §. 4.
Regnum an transit in dotem. 5. parte. §. 5.
Regnum defertur a primo instituente non ab ultimo possessore. 5. p. §. 6.
Regnum quomodo transit in filios. 5. parte. §. 6.
Regnum quomodo defertur filio primo genito. 5. parte. §. 8.
Regnum quando auferitur a filio propter matris delictum. 5. par. §. 8.
Regnum hispanie defertur filio regis primo genito et in defectum masculi defertur femine. 6. parte. §. 9.
Regnozum nauarre aragonum et portugalie inicia. 6. parte. §. 10.
Regna quinq; hispanie. 6. parte. §. 10.
Regna castelle et legionis sunt hispanie precipua. 6. parte. §. 10.
Regni castelle et legionis intitulationes ⁊ insignia et quare precedit intitulatio castelle. 6. parte. §. 8.
Reges quos romani pontifices correperunt castigarunt et deposuerunt. 2. parter. §. 7.
Reges in lege veteri a sacerdotibus correcti ⁊ depositi. 2. par. §. 8.
Reges christiani tenentur ecclesiam defendere. 4. p. §. 2. 5. par. §. 1.
Rex tenetur iuuare ecclesiam contra hostes suos. 4. par. §. 3. in fine.
Rex francie quare dicitur christianissimus. 4. parte. §. 5.
Reges qui contra ecclesiam deliquerunt et fuerunt a deo puniti. 4. p. §. 6.
Regalis potestas per sacerdotium ordinata est. 4. parte. §. 6.
Reges nauarre ex quib⁹ causis fuerunt regno privati. 5. par. per totum.

Tabula.

Reges sunt feudatarij dei cum hoc onere quod ecclesiaz defendant quod si non fecerint: regno priuantur. 5. parte. §. 1.
Reges ecclesia offendentes regno priuantur. 5. parte. §. 2.
Regis filius quando priuantur regno ppter patris delictu. 5. par. §. 6.
Rex est regni administrator et dominus et habet libera regni administrationem. 5. parte. §. 6.
Reges legionis quare sic appellati sunt et leonis insignia deferunt 6. parte. §. 7.
Reges castelle quare sic dicti et eorum insignia.
Regu gotoru monarchia quare fuit in eis continuata. 6. par. §. 11.
Rex difert a tyranno vt in prologo.
Rebellum et filiozum pena. 5. parte. §. 7.
Religionē gentiliū offendentes ad hys eozū sūt puniti. 4. parte. §. 6.
Religio apud gentes in summa veneratione habebatur. 4. par. §. 6.
Religio christiana in summo honore est habenda. 4. parte. §. 6.
Remissio peccatorum quomodo apostolis concessa est. 2. par. §. 5.
Roma pfecta est a deo p ecclesiastica sede. 2. parte. §. 4. et. 4. p. §. 6.
Romanus pontifex quare papa appellatur. 2. parte. §. 4.

S

Sacerdotum potestas quanta et aquo. 2. parte. §. 5.
Sacerdotes quomodo possunt peccata dimittere et cuius auctoritate. 2. parte. §. 5.
Sacerdotu legis veteris figura fuit nobis sacerdotis. 2. parte. §. 8.
Sacerdotes christiani maxime sunt honorandi. 4. parte. §. 6.
Sacerdotes gentiliū au fudebantur regibus vel econtra. 4. par. §. 6.
Sacerdotem dei atpila timuit eiq paruit. 4. parte. in fine.
Sacre scripture auctoritas. 5. parte. §. 9.
Sagunt? ciuitas ab hanibale destruitur. 6. parte. in principio.
Schismatis origo et processus. 1. parte. per totum.
Schismatici qui dicuntur. 3. par. in principio.
Schisma Datan et Abiron. 3. parte in principio.
Schismatici non excusantur propter metuz perditionis honozis vel rerum. 3 parte. §. 1. 2.
Schismatis grauitas. 4. parte in principio.
Schismaticus dicitur sacrilegus. 4. parte in principio.
Schismaticus est hostis ecclesie. 4. par. in principio et. §. 5. in fine.
Schismaticorum et filiozum pena. 4. parte. §. 1.
Schismaticozū vassalli absoluuntur ab eozū obediētia. 4. par. §. 3. in. fl.
Schismatici grauitē a deo puniuntur. 4. parte. §. 6.
Schismaticozū bona licite capiuntur et retinentur. 5. parte. §. 3.
Schismaticus largo modo dicitur hereticus. 5. parte. §. 7.

Tabula.

Scandalum quando est vitandum. 4. parte. §. 5.
Sententia aufert et transfert dominum. 5. parte. §. 3.

T

Tyranni conditio et quomodo difert a rege in prologo
Transire an et quando licet per terram vel agrū alienū. 5. parte. §. 3.
Transitum licitum impediētes possunt debellari. 5. parte. §. 3.
Transit hanibal per nauarram ad italiam. 5. par. §. 3. et. 6. par. in prin.

V

Vassalli schismaticozū absoluuntur ab eozū obediētia. 4. par. §. 3. in fl.
Veritas omnia vincit in prologo ad finem
Veritas rationibus exquisitis vel coloratis non indiget in probemio ad finem.
Vestis domini scinditur a schismaticis. 3. parte. in principio.
Vnitas ecclesie et pōtificis in quibus consistit. 2. parte. in principio.
Vrozi quando p̄iudicat delictum mariti. 5. parte. §. 5.
Vroz et maritus simul delinquentes puniuntur. 5. parte. §. 5.
Vroze et marito discordantibus quis p̄fertur. 5. parte. §. 5.
Vroz ali cuius delinquens punitur. 5. parte. §. 5.

Finis.



Prologus.

ne rei quæadmodū gesta fuerit/hoc est ipsius casus exponendū est/or
dinē iuriscōsultorū sectādo: rem gestā maiestati v're prelibabimus: nō
vt eā discat/quippe q̄ eā super oēs homines callet eamq̄ memoriter
nouit: Sed vt alij oēs agnoscat. Qui licet aliqua de his q̄ acciderūt/
audierint et in veritate perpēderint: multa tamē ignorāt/et vt tua cel-
situdō in fronte operis intueatur quæadmodū pro fundamēto totius
edificij veritatem ipsam nudam et apertam acceperimus /et a trami-
te illius et limite nullatenus discesserimus.

Secūda pars.

In secūda vero parte iuribus/et auctoritatibus sacre scripture proba-
bimus ecclie vnitatē/ cuius caput est christus: et christi nomine petrus
et post petrū Romanus pōtifer in sede petri sedēs: qui non petri sed
christi est vicarius in terris/ habēs eandē plenitudinē potestatis quo
ad spiritualia et tēporalia: quam beatus petrus/ cum in humanis age-
ret/ habebat. Cui totus mūdus est datus pro nauicula vel dyocesi et
vniuersalis potestas et iurisditio in toto orbe / ratione cuius omnis
humana creatura ei subest. etiam Reges et principes. quos propter
eorum demerita potest increpare. corrigere. castigare et si opus fue-
rit deponere regnūq̄ et dominijs priuare.

Tercia pars.

In tertia autem parte mōstrabimus: quod cardinales et alij reges et
magnates: qui ab huiusmodi ecclie vnitatē et capite discesserunt/ se
ab alijs cardinalibus et ecclie capite diuidentes/ etiā occasione refoz-
mationis ecclie in capite et in membris satis necessarie/ eorumq̄ au-
xilatores. defensores et adherētes scismatici sūt et lese maiestatis rei.
In q̄ta vero parte de scismaticis grauitate incōmodis et pena disse-
remus. Abi etiā dicemus q̄ papa pōt cōuocare principes christianos
cōtra scismaticos/ qui tenētur ei parere/ et si nō pareant/ potest eos pu-
nire. Potest similiter si opus fuerit bellū contra scismaticos indicere/
et euntibus ad bellum indulgentias cōcedere/ eosq̄ cruce signare.

Quarta pars.

In quinta pte ex iā dictis inferem⁹ q̄ Regē et reginā nauarre tāq̄ ve-
re scismaticos leseq̄ maiestatis reos/ rite ac recte sūm⁹ pōtifer regno
priuauit/ et maiestati v're iuste p̄cessit/ exclusis eorū filijs etiā p̄mogenito.

Quinta pars.

Sexta pars.

In sexta et vltima parte p̄matorū cōplemēto et abūdātia harū nostra-
rū lucubrationū/ aliqua de regno Nauarre eiusq̄ situ et antiquitate
differemus. per quos. s. reges imperatores et duces et quoscūq̄ alios
magnatus ab hinc lōgis ante seculis terra illa et prouincia guberna-
ta sit et obrēta: vt lectores aliquā ex huiusmodi indagatiōe percipiāt
voluptatē. ex cuius regni initijs demōstrabitur viciosus primorū Re-
gū in regno illo ingressus: propter quod forsan regni huius transla-
tionē in maiestati vestrā deus fieri disposuit. Ista sunt q̄ in hoc li-
bello principaliter agūtur. Multa tamen alia interserūtur/ que legē-
tibus forsan videbuntur non minus vtilia quam iocunda.

Prima pars.



Ingrediamur nūc p̄maz

huius operis partē in qua facti series nar-
rare promisimus. Rei quidem veritas et
casus contingentia prout ex litteris et bre-
uibus Julij secūdi atq̄ ex fidedigno re-
latu aliquorū didicim⁹ / sic se habet. Scōz
gius tituli sancti Sixti presbyter cardina-
lis/ de Roan vulgariter nuncupatus/ in re-
gno France et partibus illis apostolice se-
dis legatus/ vir vtrq̄ in dicto regno et apud Regem magne auctor-
tatis existens/ zizanie ac dissensionum sator vberimus/ omnibus ar-
tibus ad summum apostolatū (Julio secūdo pontifice maximo ad
huc in sede petri sedente) contra canonicas sanctiones temere anbe-
helans/ ea que potuit contra ipsum Julij et sanctam romanā eccliam
moliri/ tractauit. Cumq̄ regis francozū intentionem ac voluntatem
de tota italia prorsus vsurpanda et acquirenda notā habuisset: eidem
regi multipliciter suaserit/ vt de ecclie reformatione taz in capite/ quā
in membris deq̄ generali concilio ad id conuocādo et cōgregando/
summā haberet curam: et cardinales: quos (sub pretextu reformatio-
nis predicte: quam aliqui ex eis sumopere affectabant) ad id induce-
re posset: ad se traheret. In quo quidem cōcilio de ipsa ecclie refoz-
matiōe nec non de pluribus nephādis et horribilibus ipsius iulij cri-
minibus et prauis morib⁹ principaliter agendū dicebat. Quibus de
rectis/ ad ipsius depositionē necessario p̄cedendū erat. Quo iuste (vt
dicebat) deposito et aliquo regis amico in sede petri subrogato: spiri-
tualia et tēporalia totiusq̄ italie monarchiā/ quā tantopere Rex ipse
cupiebat: ilico cōsequeret. Cuius cōsilio statim et spōte rex acquieuit et
de pōtifice deponēdo nouoq̄ creādo/ cogitare cepit: et accomoda me-
dia callide pcurauit. Quosdā enī cardinales secrete sollicitat/ quinq̄
dūtāt ad se trahit. Quos omni fauore auxiliocq̄ semper prosequēs/
alios capitali odio p̄sequebat. Ecclesijs. dignitatibus. et beneficijs:
que in regno France eiusq̄ dominijs optinebāt: indebite spoliari fe-
cit. Sub grauissimis demū penis precepit ne quis in regno suo domi-
nissue apostolicas deferret litteras/ vtrq̄ oēs eius subditi in Romana
curia degentes: a curia ipsa statim discederent. Et quo citius maliuo-
lū propositū ad finē vsq̄ perduceret. Principū cōfederatiōes (quas
sibi vtilis existimabat) secrete procurauit. Amicos vero ac Romane
ecclie subditos/ ab ecclie obediētia omnib⁹ vijs subtrahere conabatur.
Interea vero Julius secūdus pontifex maximus Bononie ciuitatē
ad ecclie Romane dominiū pertinentē/ a bentiuolozum tyrannide

Cardinalis d̄ roā

Rex francozum.

Bononia libera

a iij

Prima pars.

liberavit: et ad verum iusticie cultum pacisq; amenitatem reduxit. Quinq; etiam romandiole provincie civitates quas veneti a patrimonio beati petri distraxerant et de facto atq; indebite occupabant: viriliter recuperavit. Civitatem quoq; ferrarie ad immediatam obedientiam scilicet Romane ecclesie (ad quam pleno iure pertinet) redigendam putavit: ut omnibus rebus in regione illa pacatis et ad iusticie cultum redactis: citius et liberius sanctam expeditionem contra salutifere crucis hostes (in qua omnes curas cogitationesq; suas versari dicebat) inchoare et continuare posset. Quod negotium paucis diebus videbatur sibi confici posse. Nam post privationem Alfonsi Estensis olim ferrarie ducis civitatis illius occupatois consistorialiter factam: mutinenses se ab eius obedientia substraxerunt: et ferrarienses iulium ipsum et suos aude expectabant: ut fructu ecclesiastice libertatis (quemadmodum et bononienses et alij populi sancte Romane ecclesie immediate subiecti) perfrui possent. Oderat enim Alfonsus ipse qui oneratis quotidie onera nova imponebat: vectigalia augebat et ipsorum sanguinem emungebat. Qui et ipse Regis galloz fauore et auxilio fretus: quedam salinaria in preiudicium Romane ecclesie usurpavit: et (quod deterius fuit) ab ecclesie romane obedientia proorsus discessit. Tunc ipsius summi pontificis mandato cepit congregari exercitus in ipsum ferrariensem ducem pro executione illius sententie et privationis. Francoz autem Rex protectiones defensionemq; ipsius ducis suscepit. Unde et gallicus exercitus ducis exercitum coniunctus non modo pro virtibus terras eius defendit: immo impugnare aggressus est terras ecclesie presertim comitatus Bononiensis. Atq; in illis ipsis initiis non parum vastationis intulit, occupavitq; oppidum certum: quod erat patrimoni ecclesiastici. Summus autem pontifex exoptans exequi predictam sententiam contra ducem ferrarie latam: ut etiam melius tutaret terras ecclesie/que (ut diximus) ab exercitu galloz et ipsius ducis ferrariensis infestabantur: bononiam se conferre deliberavit. Ab urbe itaq; Roma illorum iter aggressus: oes Romane ecclesie cardinales monuit: ut se pro defensione et recuperatione patrimoni ecclesiastici comitari non egre ferret. Quod et fecerunt preter paucos illos (quos diximus) qui diverso ab alijs profecti itinere/a Florentia ab eo discedentes/in lombardia se contulerunt. Licet ab ipso romano pontifice nulla iniuria affecti: sed honoribus et prouentibus aucti et ad veniendum bononiam mitissimis litteris vocati fuissent. Sub hoc tempore capitaneus generalis regis francie (quem magnum magistrum galli appellant) mediolano egressus: venit obsessurus bononiam. Unde in presentia omnium legatorum principum fidelium/aggressi sunt galli civitatem: et in eam ictus bombardarum coniecerunt: cominatioque sunt se ipsum summum pontificem cum sacro collegio cardinalium ca-

Ferraria.

De duce ferrarie.

Rex francoz de fendit ducem ferrarie et ecclesiam impugnat.

Papa bononiam venit et cardinales vocat.

Cardiales scismatici lombardia tendunt.

Galloz exercitus bononiam obsidet.

Prima pars.

pturos et in vincula coniecturos. Tunc venit in subsidium summi pontificis a Neapoli exercitus maiestatis vestre duce fabricio colonna. Cuius accessu atq; industria diligentiaq; legati maiestatis vestre: qui fata agebat: ut galli regrederentur/illud inclamitans/fedus rumpi regum et amicitia: si in hoc facinore persisteret: ab huiusmodi obsidione et summi pontificis ulterioxi offensione destiterunt: mediolanumq; regressi sunt. Cui ipsi impugnationi persecutionisq; Romani pontificis cardinales predicti omnem fauorem et consensum omnemq; incitamentum adhibuerunt. Cuius rei certissimum et manifestissimum argumentum fuit: quod post huiusmodi summi pontificis offensam erunamq; postquam detrimentum sui exercitus/nec facultates suas (ut alij veri bonique cardinales fecerunt) per resarciendis tot damnis ei obtulerunt/nec ullum consolationis genus adhibuerunt. Immo post modicum tempus propria auctoritate concilium pisum celebrandum indixerunt atq; ipsum romanum pontificem ad ipsum concilium temerario sic ausu perperamq; indictum: vocare non formidarunt nec erubuerunt: citationis cedulas in valuis edum in quibus tunc temporis residebat et pluribus alijs locis affixis: ut pontificis merore auerent. Per id tempus cum ipse summus pontifex Ravene ageret: non contentus rex galloz de offensis quas ecclesie et capiti eius intulerat: exercitum dedit bentuolis quo bononiam caperet. Quod et effecerunt traditione aliquorum intus comorantium adiuti. Bentuoli igitur galloz presidio bononiam potiti/multa turpia et ignominiosa in summum pontificem commiserunt. Arx que magna impensa ecclesie fuerat in urbe facta/ diruta est. Signa et habarde ipsius ecclesie/que erant in arce/allata sunt mediolani. Ab edificijs publicis raserunt arma siue insignia ecclesie et posuerunt insignia regis francie/in derisionemq; et detestationem siue contemptum statuam eream summi pontificis/ que erecta erat a populo in foro in memoriam restitutionis urbis ipsius in libertatem/ delecerunt et in ignem protecerunt. Omnes actus iudiciales et preconiata regis ipsius nomine fiebant/de ipsa ecclesia Romana eiusque pontifice nulla penitus mentione habita. Multa denique alia iniusta/nephanda/ turpia et crudelia in subiectos et amicos ecclesie in civitate ipsa comorantes viros. mulieres et parvulos fieri rex ipse permisit. Quid plura? ecclesiasticas personas platos et clericos curiam insequentes/ qui in civitate et provincia illa remanserunt cum in multis alijs male affici/ tum capi atq; incarcerari et pecunijs redimi passus est. Res quippe nephanda ac plageda: que non nisi dolerem referimus. His iacturis acceptis/ summus pontifex/ ad prouidendum inde earum remedio/ Romam regressus est. Et per id tempus/ iam cardinales transfuge indixerunt concilium pisum celebrandum a kalendis septembris assignato duntaxat termino trium mensium/ ut vnicuique labor et angustie accrescerent ipsi pontifici summo/ ipsumque pontificem (ut paulo ante diximus)

Hispanoz exercitus venit in subsidium pape

Cardiales scismatici.

Concilium indicitur et papa citatur

Bononia a bentuolis capitur.

Arx dirupitur.

Insignia ecclesie raduntur.

Statua pontificis deicitur.

Preconia regis francie nomine fiunt.

Personae ecclesiastice capiuntur.

Papa romam rediit.

Prima pars.

citauerunt: aliaque in urbana et feda commiserunt. Que et si erant graui animaduersione digna: ipsum tamen non commouerunt. in bono enim malum vincere cogitabat. Cardinales vero ipsos non verbo nec scripto lesit aut vlla alienati ab eis animi signa dedit. Passis enim brachijs et obuijs vltis ad ipsum redeunt et veniam erroris petentes: recipere paratus erat/ de eorum reditu magnū gaudiū percepturus iuxta doctrinā saluatoris per parabolā filij prodigi in euāgelio introductā. Sed cardinales predicti inreprobū sensum dati/lenitatem et mansuetudinem pontificis pro metu interpretantes/ mala malis quotidie addiderunt. Principes christianos contra Romanū pontificem inuocare non distulerunt et iuris pontificij et ciuilis interpretes ad se allicere sunt conati: adeo vt ipsi Romano pontifici necesse quodāmodo fuerit cū consilio cardinalium/ cardinales scismaticos monere sub priuationis pilei et alijs grauioribus penis: vt capiti se remitterent: ad Romanū pontificem redirent et erroris veniam peterent. In qua mentione valde clemens fuit Romanus pontifex. Terminum enim quinquaginta dierum illis prefixit: in quo et ab india redire potuissent. Deinde non minora clementia/ prefixum tempus ad quindecim et postremo ad dies octo alios prorogauit. Permisit etiam sacro cardinalium collegio: vt fidem publicam et saluum conductum scismaticis ipsis darent promitterentque quod Romanus pontifex si rediret et veniam peterent: in eadem dignatione et gratia reciperet: qua ante eorum ab eo discessum: erant. Expectabat quidem summus pontifex quod tanta mansuetudine allecti et impunitate erroris proposita/ essent ad eum redituri. Verū cum iam vltimi termini finis instaret: non ad Romanū pontificem sed pisas versus cū armatorum presidio sunt profecti/ celebraturi ibi detestabile et damnatum suū conciliabulū: si florentinus populus (qui multo sanguine et sudore maximisque laboribus et dispendijs ciuitatem illam recuperauerat) eos et armatos milites recipere voluisset. Ausi etiam sunt seguntiam vsque citationis scedulas mittere: si forte gentem illam catholicam veneno tam perniciosi scismaticis possent inficere. Sed (deo volente) hac quoque spe et cogitatione frustrati sunt. Quia catholica vestra maiestas eos qui huiusmodi affixionis testes fuerunt: laicos videlicet per laicos/ ecclesiasticos vero per nuncium apostolicum ad hec Regna missum capi et carcerari iussit. Interim etiam Romanus pontifex litteris et nuncijs gallozum regem sepe monuit: vt a scismate et scismaticorum fauore abstineret. sed nihil omnino profuit. Quibus rebus cognitis ac discussis/ considerans etiam Romanus pontifex quod error: cui non resistitur: approbatur: et quod mala

Cardiales scismatici principes christianos vocat.

Papa cardinales scismaticos monet

Saluus conductus cardinalibus scismaticis datur.

Cardiales scismatici pisas veniunt.

Citatio ad seguntiam mittitur.

Testes affixionis citationis carcerantur.

Prima pars.

nascentia/ priusque roborentur/ facilius euelluntur/ quodque non de ludicris et parui momenti rebus/ sed de vnitatis sancte Romane ecclesie pace et quiete totius rei publice christiane ageretur: in eisdem scismaticos (qui sua benignitate abusi sunt et maledictione pro benedictione voluerunt) gladium seueritatis apostolice exercuit. Eisdem galero cardinalatus honore. titulis et insignibus priuilegijs voce etiam actiua et passiua patriarchatibus quoque metropolitanis et alijs ecclesijs quibus preerant nec non monasterijs quibuscumque que in titulum vel commendam seu quouis alio modo obtinebant: priuauit. Et ad illa ac alia impoterū obtinenda/ inhabiles declarauit. Ab omnibus christi fidelibus euitari et pro cardinalibus deinceps non haberi aut nominari debere/ et tanquam hereticos scismaticos et criminis lese maiestatis reos esse in posterum declarauit. Sed nec ista eisdem scismaticos a suo pernicioso proposito retraxerunt: immo deteriores effecti/ in suo pisano conuenticulo processerunt regis francozum fauore auxilio et auctoritate muniti: Quis propter necessarium fuit Romano pontifici hec omnia christians principibus nunciare eorumque auxilium inuocare/ et presertim catholice maiestati vestre in ciuitate hispani tunc degenti et pro aphyrica conquirenda omni conatu se accingenti. Catholica vero maiestas vestra litteris gratiosis eidem francozum regi sapienter et posuit damna et incōmoda: que ex huiusmodi pernicioso ac detestabili scismate imminabant: et indies magis exulcerabantur tam contra vniuersalē ecclesiam quam contra populū christianū: cuius pax et quies turbabatur. Unde prudenter suadebat ei: vt ab incepto negotio desisteret. Pollicebaturque sese mediatorem et rerum pacis compositorum futurum inter ipsum et Romanū pontificem ac perinde (deo fauente) rem ipsam ad optatum finem perducitur. In qua re et deo obsequium acceptissimum impensurum et sibi rem gratissimam facturum esse dicebat: Si secus ageret: oportere quidem/ nec posse abduci maiestatem vestram: quin defensionem ecclesie susciperet et susceptam preparatamque in saracenos aphyrice expeditionem desereret. Per quod cum deus graui ter esset offendendus: eidem Regi francozum imputandum testabatur. Rex autem ipse noluit acquiescere nec ab iniquis ceptis desistere. Immo more aspidis furde obturantis aures/ ad vltiora procedebat. Maiestas autē vstra ex sacrosancte matris ecclesie vulnere sauciatur eiusque lesione lesus/ tanquam verus obediētie filius omnibus rebus post ecclesiam positus ad ecclesie defensionem se parat et re aphyricā infectā reliquit. Ut autem recenti incommodo et imminenti periculo statim occurreret maiestas vestra/ ne virus indies magis ac magis serperet: ex exercitu quem in aphyricam parauerat delectu facto tam peditum quam

Cardiales scismatici deponuntur.

Papa principes christianos conuocat.

Rex noster regi francozum scribit.

Rex noster in ecclesie auxilium se parat et exercitum mittit.

Prima pars.

equitū/classem in italia mitte: Jussitq; ut ex his militibus simul cum illis qui in italia erant et cū reliquis illius aciei: que iā pridē in apulia militauerat/vnus exercitus cōflorear: qui quāptimū gallozū mortib; occurreret: et ad recuperandū ecclesie patrimonium se conferret. Nec tunc etiā ab amicitia ipsius Regis se alienauit: immo semper in curia eius legato retento/ toto conam et suadebat ut ad saniozem sensum rediret et ab iniuria ecclesie desisteret ac per inde Bononiā eiusdē patrimonii antiquū et restitueret. Nec circa hoc omnibus viribus laborare desinit quousq; luce clarius visa ipsius regis p̄nacia (qui ut alter pharao cor habebat induratus) accito a gallica curia legato maiestatis v̄re et hinc suo dimisso/pacis federa omnino rupta fuere. Interea nostri Bononiā obsidentes in ipsa hyemis asperitate/ cum cōsisterent prope alpes/magnam difficultatē dirosq; labores in ipsa obsidione sunt perpessi. Postea cū subsidia gallozū superuenissent: et quotidie vires eorum per supplementū exercitus roborarētur auge renturq; non contenti contra phas retinere eas ecclesie terras: quas viurpauerāt: alias inuadere temptabāt ipsosq; oppugnabāt nomine et voce ecclesie: ac si alia illi haberent ecclesiam a catholica et vniuersali ecclesia distinctam. Unde cum obsidione cōpissent/Rauenam exercitusq; maiestatis vestre illuc properaret/succursum siue auxiliū v̄bi afflicte p̄stiturus: commissum est illud horredum et multis antea seculis inauditum p̄telium: in quo licet hostes in campo manserint: nostri tamen intrabiti virtute v̄si fuerunt: et quamuis essent numero multo pauciores: longe maiorem stragem q̄ acceperint: hostibus intulerunt. Cumq; nostris necesse esset neapolim se recipere: ut inde vires repararent. galli interea debacchantes et incredibilem insolentiā p̄ se ferentes/ad occupandam totam Romaniam animos adiecerunt: et cum iam ante commissum p̄telium/baxiam in lombardia florentissimā v̄bem inaudita a seculo crudelitate vastassent/tunc Raue nam ecclesie ciuitatem posuerunt in ore gladij non parcentes nec par uulis nec mulieribus totoq; oppido in predam et direptionem redacto. Tam grandisq; furor eorundem fuit et per illas partes terror: ut etiam Roma ipsa ecclesie caput magnum timorem et turbationem pateretur: omnesq; curiales v̄bem relinquere vellent: Quod et fecissent: nisi magnus animus et constantia ipsius summi p̄ntificis eos animasset confirmassetq; ac perinde sua presentia et vigore animi fugē impedimento fuisset. Tunc vero cum crescente contumacia/debeat crescere pena: et cū gra uioribus langoribus et difficultatibus validiora sint adhibēda medicamina et remedia: Maiestas vestra v̄tra eum exercitū: qui neapoli resarciebat in occursum furentium gallozū venturū/quemq; hinc

Federa inter regē nostrum et francie rumpitur.

Bononia a n̄ris obsidetur.

Rauea a gallis obsidetur.

Bellum rauea.

Galli bacchantes multa mala fecerunt.

Rauea capitur.

Roma timet.

Prima pars.

supplere et augere satagebat: cogitauit hinc quoq; gallie terminos inuadere: ut huc rex gallozū accurrens ab italia eius potentia dilabere tur: et consequenter incolumitati status ecclesie plenius cōsuleretur: Quod ut cōmodius fieret: inuauit maiestas vestra Serenissimum Hēricum octauū Anglie regem generumq; vestrū ut guiane ducatu (quod iure ad eum pertinebat) repeteret. Ad maioremq; sui turis abundantia: Romanus pontifex Regem francozū ducatum ipsum possidentem ducatu priuauit: et ipsi regi anglozū facultatem illud occupandi libentissime et v̄tro fecit: Quare rex anglozū tanq; verus obedientie filius/principaliter ut ecclesie afflicte et in necessitate postre subueniret: Secidario ob patrimonii suū recuperadum: classem in hispaniā misit: que fontem rapidū cū apulisset: maiestatis v̄re mandato ibi et per finitima loca totus ille exercitus hospitatus est. Cum igitur copie maiestatis vestre ac simul copie Regis anglozū in p̄uinciu essent: ut guianam intrarent/ Bellum ibidem diuturnū gesture in ecclesie fauorem scismaticorumq; offensionem ab italiaq; retractionē/et per Aiscayam ingressus esset angustissimus nec aptus per quem comeatus ad castra venirent: ac perinde necessarium esse p̄ Nauarrā iter facere: Catholica vestra maiestas cum Rege et regina nauarre tractare cepit ut data per eos aliqua leui securitate de indem nitate exercitus in galliam transiret: transire nostri permitterentur/ nihil dāni aut nocumēti regno vel regnicolis illaturi. Pro ipsius autē transitu securitate: maiestas vestra tres duntaxat arces poscebat tribus proceribus non castellanis quidem aut aragonis sed nauarris tradendas. Qui sub homagio et iure iurando se astringerent eas se in pignora huiuscemodi fidei et securitatis vsquequo bellum conficeretur retenturos/ expleto autem bello et per ipsos Regem et reginā nauarre vsq; ad consummationē fide seruata: eisdem eas ipsas arces reddituros. Quod si ad plenū (ut tenebantur de iure) id facerent ac se deniq; pro parte ecclesie declararent: pollicebatur maiestas vestra se cū illis amicitia cōciliaturū et cōtra quoscuq; eos offendere volētes totis viribus iuuaturū. Daturū preterea eis (si res ad optatū finem p̄ducerent) oppida arcos et guardia nūcupata/ que olim sub d̄n̄io et iure nauarre extiterant queq; iccirco Rex ipse et regina vehementer affectabāt. Quō cum non acceptassent/ nec alias iustas et honestas cōdicionē quas sacra v̄ra maiestas proposuit (cū tamen de eis esset nimis benemeritus / fauens eisdem in obtētionē retentioneq; ipsius regni cum ex alia parte regnū illud iure sibi p̄tinere diceret Ad offioz de for p̄tino pater secundo frater domine germane Aragonum regine dilectissime vxoris vestre fauente eisdem Francozū Rege:) Sed per multos dies verbis maiestatem vestram morarentur cum

Rex noster gallie terminos inuadere cogitat.

Suiana.

fonte zabie

Rex noster tractat cū regibus nauarre de securitate tra situs.

Prima pars.

magno et dispendio et detrimento vtriusque exercitus tam angloꝝ quam hispanoꝝ qui finem huius negocij expectabant tempus ammittentes/ac cum tandem iam maiestati vestre compertum esset Reges nauarre omnino se regi galloꝝ adiunxisse fedusque cum eo iniisse: id romano pontifici nunciavit.

Romanus vero pontifex de Cardinalium consilio eosdem Regem et reginam nauarre monuit: et sub grauissimis penis precepit/ quod a rege francoꝝ aliquid scismaticis se auerterent et ecclesie Romane adhererent eiusdemque causam et maiestatem fouerent mererentur. Quod cum facere noluisent pluries interpellati. moniti et iussi immo semper in suo malivolo proposito persistissent: confederationem et amicitiam cum francoꝝ rege inquam tanquam sibi utilem et proficua publice manifestabant. papa in forma iuris eos scismaticos. hereticos. rebelles et lese maiestatis reos declarauit. Attendens insuper quod eius predecessores Romani pontifices ex similibus et leuioribus causis aliquos reges et principes christianos regnis suis et dominis temporalibus priuauerunt: eos ipse similiter regno suo nauarre priuauit et maiestati vestre aut cuiuscumque alteri captendi illud libera fecit facultate.

Maiestas autem vestra noluit statim illo iure uti: sed iterum atque iterum eosdem reges ut prius monuit. nihil tamen inde consequutum est. Quia propter cum multis viris virtute et scientia pollentibus (cum quibus ego licet immeritus fui) maturo prius consilio habito deliberatum est/ ut exercitus noster Nauarram potenter ingrederetur arces castella et oppida que ad transitum exercitus securitatem necessaria forent accepturus: nihil tamen damni regno nec incolis facturum si se sponte traderent. Illustrissimus ergo Fredericus a tholeto dux albanus/ generalis nostri exercitus capitaneus iuxta predictum consilium decretumque cum toto nostro exercitu Nauarram ingressus est/ omnia prudenter agens. Anglici vero ab huiusmodi ingressu se abstinerunt: quia eorum dux a suo rege de nauarre inuasionem aut expugnationem mandatum non acceperat. Manserunt tamen in campo intra terminos guiane licet voyone ad obsidionem non appropinquantes: quousque per accessum nostri exercitus magis roborarentur.

Hec fuit occasio que regem et reginam nauarre sefellit. Existimauerunt enim quod cum sua potentia galloꝝ potentie esset coniuncta propter fedus predictum: exercitus noster solus non poterat accipere eam securitatem in nauarra: quam sacra vestra maiestas poscebat: nec ad id foret sufficiens ut eis aliquatenus posset nocere. Et in hac opinione eos confirmauit mossior de orbal patruus vel auunculus ipsius regis nauarre: qui nuper apud eum legatus regio francoꝝ exierat. Unde necessarium fuit Regnum nauarre bello vi et armis aggredi. Quo-

Papa monet Reges nauarre.

Papa Reges nauarre scismaticos et lese maiestatis reos declarat et regno priuauit.

Rex noster iterum monet Reges nauarre: et peritos consulis super nauarre ingressu.

Dux albanus cum exercitu nostro nauarram intrat.

Angloꝝ exercitus.

Reges nauarre de capiuntur vana spe et opinione.

Regnum nauarre inuaditur.

Prima pars.

nam aliter securitas predicta haberi non poterat. Rex vero et Regina totis viribus resistebant.

Et cum post non multos dies ab exercitus ingressu pompilionensis ciuitas totius Regni metropolis in deditioem veniret: post eius adaptionem Catholica vestra maiestas iterum eos monuit ut a scismaticis recederent et ecclesie se vniuerent securitatemque transitus pro exercitu nostro concederent. Quod si facerent: captam ciuitatem se restitutum et contra Regem francoꝝ et quemcumque alium eis totis viribus opem laturum/ nec ab aliquo eis molestiam fieri se permittitur. Sed nihil omnino profuit: immo Antonium de acufia Episcopum Zamozensem Munty super hoc et alijs negotijs a maiestate vestra missum. contra ius gentium et comunem consuetudinem qua nullibi nec etiam apud barbaras gentes legatis quicquam imminet periculi/ capti detineri/ ac pecunijs redimi fecerunt. Qua de re ad totius regni captiorem necessario procedendum fuit.

Captum est igitur totum Regnum. trahentes exercitus montes pyreneos cum machinis ut exercitus angloꝝ se coniungeret: ac perinde simul vtriusque potentia Buianam inuaderet. Attamen cum in via sine modo belli gerendi capitaneus generalis anglie cum maiestate vestra non conueniret: nec eius iudicio vellet acquiescere: sicut ab initio belli etiam semper repugnauerat: dilata res est per multos dies manente immo et vacante exercitu nostro cum tormentis machinisque belli: in sancto iohanne de pie de puerto et alijs finitimis locis. Interea iohannes quondam nauarre Rex collectis omnibus viribus suis adiutusque omni potentia gallici regis/ adiunctus Balphino vices ipsius regis gerenti venit regnum recuperaturus. Et tam in nauarram quam in guepuzcam galli irruentes/ quicquid cladis et vastationis potuerunt/ intulerunt. Aggressus est hoc facinus iohannes ipse olim Rex propria auctoritate: cum nec nutu nec signo ad summum pontificem recurrisset de commissis in ecclesiam penitens/ immo semper cum prope sua in eadem inobediencia et schismate erga suam sanctitatem et vniuersalem ecclesiam persistisset. Furientibus autem gallis simul cum Bearnensibus et Nauarris regis ipsius sequacibus ita restitit maiestas vestra (quis destitutus ab Anglis/ quibus fretus et confusus minorem quam par erat parauerat exercitum:) ut non post multos ab ingressu suo dies coacti fuerint non solum a guepuzca: verum etiam a terminis nauarre discedere et ad propria remeare. Adepto igitur in primis ac deinde defenso et conseruato regno: cum possideatur ipsum a maiestate vestra: de iure possidendi et pro suo habendi/ ut scribam mihi imposuit atque imperauit quemadmodum iam recensuimus. Dum autem hec agerentur Julius secundus pontifex maximus die

Post captam nauarram reges nauarre iterum monentur a rege nostro.

Episcopus zamozensis captus et carceratur.

Exercitus non transiit ut cum anglicis iungatur.

Rex nauarre temptat recuperare regnum.

Galli guepuzcam vastant.

Rex non resistit gallis et nauarris.

Papa iulius moritur et leo eligitur.

Prima pars.

Cardinales se reconciliant.

De alijs schismaticis.

De rege francoꝝ.

Schisma sedatur.

clausit extremum. In cuius locū successit Leo decimus papa modernus. Ad quem in principio fere sui pontificatus venerunt duo cardinales de his qui ab ecclesie unitate discesserant et a Julio secūdo (ut diximus) fuerant depositi/absq; cardinalatus habitu et insignibus/erratorum suorum veniam postulantes dicētesq;. Peccavimus. Veniam petimus. Detestantes insuper et abjurātes quicquid in pisano conventiculo actum fuerat tanq; pestiferum et pernitiosus atq; sacris canonibus inimicum/approbantesq; omnia et singula que in sacro lateranensi cōcilio acta et diffinita fuere. Quam ob rem ad ecclesie unitatem fuerunt admissi et ad primum locū quez antea habuerant restituti: sine tamen turis alieni preiudicio. Post parū quoq; temporis lapsus ceteri quoq; cardinales et quicumq; prelati siue clerici quēcumq; assensum siue fauorē ipsi conciliabulo dederāt resipiscētes veniamq; ab ecclesia petentes/ eidem reconciliati sunt. Immo et ipse Rex francoꝝ ab infamia ad sanitatem rediens/sub gremium et alas matris sancte Romane ecclesie tandem cōfugit. Et ita aspirante omnipotente et clementissimo deo (qui ecclesiam suam ut nauiculaz petri quati nō autēz mergi permittit) Schisma per sathanam exuscitatum/sopitum est/immo extinctum et ad nichilum redactum. Et propterea multa q; hac necessitate instante dicturi eramus/pretermittimus: ut in exordio ipso causati sumus.

Finis prime partis.

Secunda pars.



Transeamus iam ad secūdam partem in qua dicturi sumus de unitate ecclesie p archā Noe in veteri testamēto prefigurata de qua in minori simbolo dicitur in singulari. Credo sanctam ecclesiam. Et declaratur in maiore cui dicitur. Et vnā sanctam ecclesiam. Omnes enim christiani vnū corpus mysticum constituunt: ut habetur ephe. 4. et 3. q. 4. c. si. de consecra. di. l. c. l.

De ecclesie et pontificis unitate.

et di. 2. c. dupliciter. per sanctum Tho. 2. 2. q. 23. ar. 8. et 3. parte. q. 8. ar. 1. Hoc autem mysticū corpus ecclesiam appellamus de consecra. di. l. c. eccle. 24. q. 1. c. loquitur. In qua licet multe sint ac diuerse persone: tamen fides vna est in eis scdm apostolum. 1. Corin. 1. id ipsum dicatis omnes et non sint in vobis schismata. id est omnes eandē fidē confiteamini: et eandem sententiā proferatis de his: que sunt communiter agenda: ut idem apostolus docet ad Ro. scribēs in ca. 15. dicēs. Et vnānimes vno ore honorificetis deum. Alibi idem apostolus dicit. Omnes vnū vos estis in christo iesu. id est in fide christi scdm glo. ibi et scdm hieronymū in. c. legimus prope finem. 93. di. Duplex enī est ecclesie unitas. Vna membrōꝝ ad caput: alia membrōꝝ ad inuicem. De qua duplici unitate loquitur apostolus ephe. 4. dicēs. Solliciti seruate unitatē spiritus in vinculo pacis. Vnum corpus et vnus spiritus sicut vocati estis in vna spe vocationis vestre. Et infra. veritatem autem facientes in charitate crescāmus in illo: qui est caput/christus. Quantū ad unitatem primaz. Ex quo totum corpus compactū et conexum per omnem iuncturam subministrations scdm operationem in mensuram vnius cuiusq; membri etc. quantum ad unitatem secundam. Ad vtramq; igitur unitatem nos inuitat ibi apostolus cum dicit. Solliciti seruate unitatem spiritus. Glo. id est unitatem ecclesiasticam: quam facit spiritus sanctus: ut vnum corpus sitis opere spiritus sancti: et subdit. vnum corpus esse debetis: quia vnus spiritus habitat in vobis: quo vnum corpus efficiamini. Nec glo. in christo igitur iesu vnū corpus sumus: nec quisquā sic ab alio ita diuisus est: ut non ad connexionem pertineat capitis cuiuslibet humilitas portio. ut inquit Leo papa in tertio sermone. Sicut enī in vno corpore multa habemus mēbra non eundem actum habentia: ita multi vnum corpus sumus in christo/singuli autem alter alterius mēbra/habentes donationes scdm gratiam: que data est nobis/et cetera: ut per apostolū Ro. 12. Itaq; ecclesie unitas duplex cōsistit in cōnexionē membrōꝝ ad inuicē: siue in cōmunicatione in fide ut patet ex predictis: et latius

b

Secūda pars.

tradit beatus thō. 2. 2. q. 39. ar. 1. hec autē membra vñū habent spīritū sanctū viuificantē: vt in maiore simbolo dicitur. Itā sicut vñū hominis corpus ex multis cōstat mēbris: ab vna anima vegetatis: ita spīritus sanctus omnia corporis christi membra ex quibus ecclesia cōponitur continet et vegetat. quia idem spīritus sanctus est apud omnes scōm apostolū. 1. Corin. 12. patet ergo ex iā dictis: qđ ecclesia est vna respectu capitis et respectu membrorum. Hec autem vnitās ecclesie ex multis colligitur. Primo quidem ex vnitāte principis seu capitis quo regitur et gubernatur: qui vnus est scz christus dñs deus noster: quez pater dedit caput super omnē ecclesiā: que est corpus ei⁹. Ad ephe. 1. de quo latius statim dicemus. Secūdo ecclesia dicit vna ex vnitāte fidei: qua illustratur: et in qua fundatur. Omnes enī christiani idem credūt et ore confitentur. 1. ad Corin. 1. cuius paulo ante meminimus et habetur in. c. legitimus. 93. di. Tertio ecclesia dicitur vna ex vnitāte sacramenti baptismi: quo sanctificatur: qđ est idem apud omnes et quantū ad materiā: de qua iohannis. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua. et c. et quantū ad formā: de quo matthei ultimo Baptizates eos in nomine patris et filij et spīritus sancti. et quantū ad effectū vltimum Marci ultimo. Qui crediderit et baptizatus fuerit saluus erit. Quarto ecclesia dicitur vna ab vnitāte spei: qua ad bona celestia erigitur et eleuat in vnam expectationē beatitudinis: de qua apłus ad ephe. 4. Vocati estis in vnam spem vocationis vestre. Quinto ecclesia est vna vnitāte charitatis: qua connectitur et viuificatur: de qua inquit apłus ad phil. 2. Eandē charitatem habentes vnāntimes idipsum sentientes. Sexto ecclesia dicitur vna vnitāte spīritus viuificantis. Vnus enim et idem spīritus sanctus tanq̄ vltima et principalis perfectio corporis mystici quasi anima in corpore est in omnibus mēbris ecclesie diuidens singulos vt vult. Diuisiones enim gratiarū sunt. Idem autē spīritus vt inquit apłus. 1. Corin. 12. Ad quam vnitātē idem apostolus nos inuitat et hortat ephe. 4. Cuius supra est facta oportuna mētio. Septimo ecclesia dicitur vna vnitāte vltimi finis: q̄ est ipsa beatitudo: ad quas ordinatur. Itā idem denarius per que doctores sancti beatitudinem intelligūt: omnibus fidelibus pro mercede laborū legitur assignatus Matthei. 20. Ubi dicitur. qđ cum venissent: qui circa horā vndecimā venerunt: acceperunt singulos denarios. Octauo ecclesia est vna vnitāte vnus presidētis rectoris et gubernatoris visibiliter cōuersantis cū ea: de quo dicitur iohannis. 10. Fiat vnum ouile et vnus pastor qui est Romanus pontifex vicem christi gerēs in terris: vt latius in sequentibus dicemus. Hec colliguntur et diffusius explicantur per cardinalem de turre cremata in sūma de potestate ecclesie li. 1. c. 6. cum duobus sequētibz aliquid ponit beatus Thō. opusculo. 6. De

Ecclesie vnitās ex his colligitur.

Caput.

Fides.

Baptismus.

Spes.

Charitas.

Spīritus.

Beatitudo.

Secunda pars. §. I.

clarando symbolū apłoz cū dicit. vnam sanctam ecclesiam. Et scōm ista intelligēda est extranagans Bonifatij octauij: que incipit vnam sanctam: cuius infra fiet oportuna mētio.

Huius autē corporis mystici caput datus

est christus vt inquit apłus ephe. 1. dices. Omnia subiecit sub pedibus eius: et ipse dedit caput supra oēm ecclesiam. vbi glo. christus proprie dicit caput scōm hūanitate: scōm quā coniungitur ei ecclesia natura et gratia: natura quidem per cōformitatem eiusdem nature in specie: quia per incarnationem filij dei est caput ecclesie ex hominibus assumpte. Itā verbum caro factum est et habitauit in nobis. Jo. 1. idest nobis similis habitu inuentus vt homo. Hec glo. Concordat Augustinus sup psal. 148. dices qđ verbū caro factū est: vt esset caput ecclesie ad hoc. c. vnicū de sacra vnctione. sed vbi: et glo. in de. ne romani de elec. in verbo non cōsonā. Et scōm ista debet intelligi illud qđ habetur Anticoz. 5. Caput eius aurū optimū. glo. idest xps qui est caput ecclesie sapientia plenū. quoniam vt inquit apłus Collo. 2. in ipso sunt oēs thesauri sapientie dei absconditi. Itā vt idem apłus Collo. 1. dicit: omnia quidem per ipsum et in ipso creata sunt: et ipse est ante omnes: et omnia in ipso constant: et ipse est caput corporis ecclesie. vbi glo. dicit. super omnes est. nullus est ei equalis: etiam scōm qđ hō: et sicut oia creauit ita et in ipso stāt oia. Qui omnibz scōm diuinitatē infusus/omnia sustinet et regit. Et cū talis sit: ipse etiam scōm hominis naturā est caput corporis. i. ecclesie. quia ita se habet ad ecclesiā sicut caput ad corpus: prouidet enī ecclesie: et regit eā. et in ipso sunt omnes spūales sensus ecclesie sicut in capite omnes sensus corporis. Hec glo. cū autē xps istar habeat capitū: ceteris omnibus superior ac sublimior merito habendus est iuxta illud Jo. 3. Qui de celo venit super oēs est. Quia sicut in corpore omnes habitāt sensus non autē in ceteris mēbris nisi solus sensus tactus: ita et in xpo plenitudo est omnis gratie et diuinitatis scōm apostolū Collo. 2. cuius supra meminimus. In sanctis vero alijs quasi solus sensus tactus: quibus datus est spūs ad mensuraz ab ipso christo. Iuxta illud io. 1. de plenitudine eius oēs accepimus. Iustus ergo et rationale fuit xpm appellari et esse caput ecclesie vel fidelū principaliter quantū ad animas: secundario quantū ad corpora: que susceptibilia sunt influētie christi: iuxta illud apłi Phi. 3. reformauit corpus humilitatis nre configuratū corpori charitatis sue. et Corin. 6. Nescitis quoniam corpora vra mēbra sunt christi. Ubi glo. augustini sic ait. Attendite qđ mēbra nostra dicit mēbra christi esse: quoniam xps caput nostrū est: eo qđ factus est propter nos. Corpus autē eius ecclesia est.

§. I.

Ecclesie caput xps.

b ij

Secūda pars. §. 1.

Si ergo christus animā humanā tantūmodo reciperet: mēbra eius non essent nisi anime nostre. Quia vero corpus accepit: et corporis caput est. hec glo. et latius ac diffusius per beatū Tho. 3. parte. q. 8. ar. 5. Christo ergo proprie cōuenit qd sit caput ecclesie ex hominibus sumptū propter conformitatē nature quā cum hominibus habet. Ex capite enim pendet vis mēbrorum: vnde apłus ad ephe. 1. Crescamus in illo per omnia qui est caput nostrū christus: ex quo totū corpus cōpositū est et cōnexū vinculis charitatis. Ad idem collo. 2. vbi inter cetera de christo dicitur. Ipse est pax nra: qui fecit vtrāq; vnū. Et io. 10. christus inquit. Alias oues habeo que non sunt de hoc ouili et illas oportet me adducere et vocē meam audient et fiet vnū ouile et vnus pastor. et Jo. 11. dicitur. Iesus moriturus est non tantū pro gēte. s. iu deozū: sed vt filios dei qui dispersi erant: congregaret in vnū. De hac vnitāte capitis habetur iohannis. 1. Congregabuntur filij iuda et filij israel pariter: et ponēt sibi caput vnū. Psal. 146. edificans hierusalem dñs: dispersiones israel cōgregabit. Vbi glosa. dñs edificat hierusalem celestē: quam de vniis lapidibus construit ruinā angelozū reparans et ipse qui edificat/ congregabit in vna fide spe et charitate dispersiones israel: id est fideles olim dispersos colliget: vt de illis edificium celeste firmetur. hec glo. Hec est ergo vnitās capitis et corporis ecclesie: quam christus facit per cōformem fidelium voluntates vnā eandemq; fidem tenentium. Nam vt inquit augustinus in libro de vera penitentiā multozum hominū multe sine dubio sunt anime: et multa sunt corda: si tamen per fidem et dilectionem adhereant deo: sunt omnes vna anima et vnū cor. facit illud Actuum. 4. Erat illis vnū cor et vna anima. Quod verbum tractans augustinus super iohannē in sermone. 34. sic ait. Charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctū: qui datus est nobis. multas animas facit vnā animā et multa corda facit vnū cor.

Conclusio.

Ex quibus omnibus liquet manifeste qd vnitās ecclesie in duobus attenditur scz in cōnexionē mēbrorum ad inuicem siue in communicatione. Secūdo in ordine mēbrorum ad vnū caput: quod est christus vt colligitur ex verbis apostoli. ephe. 4. c. cuius in precedēti. §. oppositūā fecimus memoriā: et tradit Augustinus de ancho. in li. de potestate pape. q. 25. ar. 1. et plenius beatus Tho. 2. 2. q. 39. ar. 1. Christo autē ecclesie capiti data est ois prās/ omne imperiū et omne regnū in celo et in terra: tam circa temporalia/ quā circa spūalia: vt dicitur Matthei ultimo. Et aliquādo vsus est quo ad temporalia quādo fecit flagellū de funiculis: et de tēplo ementes et vendentes eiecit numulariorū mensas euertens. Jo. 12. trāsumptiue in. c. cum beatus. 45. di. 7. q. 7. c. accusatio. Quod autem christus vtrāq; habuerit potestātē circa spi-

Secūda pars. §. 2. et §. 3.

ritualia et tēporalia: sunt multe auctoritates sacre scripture: quas ego alias cumulaui in tractatu infularū maris oceanī. c. 4. §. 3. Vbi facilliter videri possunt: iccirco hic non repeto vitandę prolixitatis gratia. Aliquid etiā de vtrāq; potestate dixi ibidem. c. 6. in principio: et diffusius in tractatu indulgentiarum: vbi melius ista cadunt.

Pro humani redēptione generis de sum

§. 2.

mis celozū ad inima mūdi descēdens et mortē tandem subijes tēporalē dei filius iesus xps/ ne gregez sui precio sanguinis gloriozi redemptū ascensurus post resurrectionem ad patrē absq; pastore desereret: ipse curam beato petro apło (vt sui stabilitate fidei ceteros in christiana religione firmaret eozumq; mentes ad salutis opera sue accenderet deuotionis ardore) cōmisit. Hec sunt pulchra verba innocēti quarti in concilio lugdunensi et habētur in. c. 1. de homi. li. 6. Quādiu ergo xps in humanis ageret et in homines visibilis conuersabat: per se ipsum mundum et ecclesiam rexit: quia nulla necessitas decētia vel vtilitas fuit: qd ipse alium loco sui pastore poneret: sed solū quando post resurrectionē presentiam suā corporalē visibilē esset ab ecclesia subtracturus. Sicut rex facere p̄suevit quādo se a regno absentat: cōstituit enim vicariū: qui loco sui eius gerat vices et suppleat: cui omnes subditi obediāt obtemperent et obsequantur: et quoz ipse vt rex curā gerat et quasi regula ductina metrū et mēsurā sit omnium alioz. Hec colliguntur ex his q̄ tradit p̄bus. 11. metha. vbi ex multis p̄cludit cōueniēs fore in regno vnū esse principē. Quod late ac diffuse prosequitur beatus tho. in tractatu de regimine principū in principio. pari siquidē ratione absente ipso rege vel principe: oportet qd vnus solus relinquatur in regno vel principatu q̄ eius vice gerat. Cōueniēs igitur et necessarius fuit xpm regē regū et dominū dominātū passurū resurrecturū et ad celos assensurū: loco sui aliquē in terris relinquere: qui ecclesie et christianoꝝ loco sui curā haberet: cum plenitudine potestatis clauū: qui vice sua possit omnibus ecclie ac christianoꝝ necessitatibus subuenire: alioquin non esset xps bonus pater familias: vt ex dictis satis patet: et tenet Inno. in. c. qd sup̄ his de voto. quē cōiter alij referūt et sequunt.

Petrus christi vicarius.

Ad hoc inter alios discipulos elegit pe-

§. 3.

trū: qui quasi infirmus in fide: eo qd ter xpm negauit: quāuis postea penituerit: melius ceteris sciret christianoꝝ infirmitates/ curare eisq; cōpati: vt ait gregorius in homelia dominice resurrectionis: et habetur in. c. considerandū. 50. di. ne ecclesia acephala/ id est sine capite remaneret vel plura haberet capita. Vnde anteq; christus pateretur:

Quare petro date sunt clauis

b iij

Secūda pars. §. 3.

claves regni celozū petro date promisit mathei. 16. et. 21. trāsumptiue in. c. in nouo. 21. di. et in. c. quodcūq. 24. q. 1. et i. c. significasti de elec. et in. c. solite de maio. et obe. dicēs. Ego dico tibi quia tu es petrus et super hanc petra edificabo ecclesia meā: et porte inferi nō preualebūt aduersus eas et tibi dabo claves regni celozū et quodcūq. ligaueris super terrā: erit ligatū et in celis: et quodcūq. solueris super terrā: erit solutū et in celis. hec ibi. Super quibus verbis beatus hieronymus dicit hanc potestatem et ecclesie edificationē super petram in futuro promissam: non in presenti datā esse. hec ille. Merito autē promissa est nō data: quia cū adhuc xps in humanis ageret et ecclesiam per se regeret: non erat opus alio capite: quo ecclesia regeretur: ut paulo ante dicebamus. Et propterea chasostomus sup illud Luce. 22. facta est contentio inter eos: dicit. credēda erat petro populozū innumera multitudo: et loquitur per verba futuri tēporis. Cū hīs cōcordat gregorius in homelia dominice resurrectionis. Cuius verba recitantur in. d. c. considerandū. 50. di. chasostus ergo ante passionē disposuerat preferre petrū cūte ecclesie: non tamen tūc prefecit. Sed post mortē et resurrectionē per verba illa Pasce oues meas: Mathei. 16. trāsumptiue in. c. significasti. de elec. glo. in. d. c. considerandū. Ad idem Jo. ultimo. ibi oues suas vel agnos indistincte petro singulariter cōmisit et tanq̄ pastor cōmendauit: nā non designasse aliquas: est assignasse oēs: ut ait Bernardus: li. 3. de cōsideratione ad eugenium papā. Cū quo cōcordat Inno. in. c. solite de maio. et obe. vnde etiam super alios apostolos data est petro p̄as: qui sub generalitate p̄dicta cōprehēsi sunt: ut sentit chasostomus sup illud Jo. ultimo: Pasce oues meas. dicēs in persona xpi ad petrū. loco mei prepositus esto: et caput fratrum tuoz. hec ille. Itaq̄ clauū p̄as et ecclesie vniuersalis prelatia: inter oēs apostolos petro tanq̄ magis ydoneo ac prestantiori a xpo decreta est: ut inquit Nicholaus papa mediolanēsis scribēs in. c. l. 22. di. vbi inter cetera dicit. Ecclesia solus ipse fundauit: et supra petra fidei mox nascētis erexit: qui beato petro eterne vite clauigero terreni simul et celestis imperij iura cōmisit. Hec ibi. Idem voluit anacletus papa in. c. sacro sancta ea. di. vbi inter alia dicit. Inter beatos apostolos/ quedā potestatis discretio fuit: quia licet oēs essent apostoli: petro tamē cōcessus est a dño (et ipsi inter se voluerūt idipsum) ut reliquis omnib⁹ preesset apostolis: qui etiā eandē formā suis successoribus et reliquis ep̄is tenendā tradiderūt. Hec ibi: q̄ satis videtur excerpta ex sacra scriptura. nā cōtendētib⁹ discipulis quis eoz videretur esse maior: qui post xpi passionē principatū obtineret: ostēdit generaliter xps q̄ vnū eozū oportebat esse maiore et gubernatore cū dixit. Reges gentiū dñantur eoz. 2c. luce. 22. qd̄ postea determinauit cū dixit. Ecce satanas expe-

Secūda pars. §. 3.

tiuit vos: ut cribaret sicut triticū. ego autē rogauī pro te: ut non deficiat fides tua: nū aliquando cōuersus p̄firma fratres tuos. Quod verbum pertractās beatus Lirius et exponēs dicit: postq̄ me negato ploraueris et si penitueris: corrobora ceteros fratres tuos cū te principē apostolorū deputauerim. Hoc em̄ decet qui mecū robur es et petra ecclesie. idem vult leo papa in. c. ita dñs. 19. di. dicēs inter alia. Sed huius muneris sacramētū ita dñs ad omnium apostolorū officium pertinere voluit: ut in beatissimo petro omnium apostolorū summo principaliter collocaret: ut ab ipso quasi a quodam capite dona sua velut in corpus omne diffunderet. hec ille. Idē sensit in sermone tertio cōsecrationis sue cū dixit: qd̄ in petro omnium fortitudo inuitur: et diuine gratie ita ordinatur auxiliū: ut infirmitas: q̄ per xpm petro attribuit: per petrū apostolis cōferatur. Idē latius sentit in alio sermone dicēs. Cōmune erat omnibus aplis periculū de tēptatione formidinis et diuine protectionis auxilio pariter indigebant: quomā diabolus oēs exagitare/ omnes cupiebat elidere/ et tamē specialis cura a dño petri suscipitur et pro fide proprie supplicatur/ tanq̄ aliorū status certior sit futurus: si mens principis victa non fuerit. In petri ergo omnium fortitudo inuitur et diuine gr̄e ita ordinat auxiliū/ ut firmitas q̄ per chasostū petro tribuit: per petrū aplis cōferatur. hec ille. Ideo em̄ super vnū. s. petrū fundauit ecclesia: itaq̄ exordium ab vnitāte proficiat: ut inquit Lirianus in. c. loquitur. 24. q. 1. Ideo potestatem clauū petro specialiter chasostus cōcessit: ut ad vnitatem eos inuitaret. Ideo em̄ principē apostolorū constituit: ut ecclesia vnū principaliter chasostū haberet vicariū: ad quē diuersa mēbra recurrerēt: si forte inter se dissentirēt. Qd̄ si diuersa capita essent in ecclesia: vniuersitatis vincula ruperētur. ista sunt notanda verba glo. super illud mathei. 16. tibi dabo claves regni celozū. vnde hieronym⁹/ ex duodecim vnus eligit: ut capite cōstituto schismatis tolleretur occasio. et Rabanus in glo. et Beda in homelia dicit. qui em̄ regē celozū maiori dilectione pre ceteris cōfessus est: merito pre ceteris ipse donatis clauibus regni celestis donat⁹. hec illi. Quāuis ergo omnib⁹ aplis simul data sit ligandi et soluēdi p̄as: tamē ut in hac p̄ate aliquis ordo significaret: primo soli petro data est: ut ostendatur qd̄ ab eo in alios debeat deriuari. ut p̄ beatū tho. 4. di. 22. itaq̄ non equaliter omnibus est concessa quantum ad potestatem regiminis et administrationis: que soli petro cōmissa est: ut ex iam dictis satis patet et colligit ex textu cū glo. in preallegato. c. sacro sancta. 22. di. Et scdm̄ ista debēt intelligi iura et auctoritates sacre scripture: q̄ dicit qd̄ omnibus aplis data est hec p̄as mathei ultimo vbi dicit. Eūtes in vniuersis mūdus: predicate euāgelium baptizātes. 2c. et mathei. 10. In firmos curate. leprosos mūdare. 2c. Itē actū. 15. vñsum est sp̄i sc̄to b̄ iij

Solutio cōtrariorum.

Secūda pars. §. 4.

7 nobis. itē actū. 20. Attēdite a vobis 7 vniuerso gregi in quo posuit vos regere ecclesiā quā acquisiuit xps sanguine suo. Ad idē. c. ita dñs 19. di. vbi iesus cōmisit salutē vniuersitatis oib⁹ aplis. Ad idē. c. in nouo. 21. di. ibi ceteri vero apli cū beato petro pari cōsortio honore 7 potestate acceperūt. Ad idē. c. vnicū. §. vna vero de sūma trini. et. c. noua quedā de pent. et remi. vbi plura alia cumulauit in meis recollectis. Itā ista omnia intelligēda sunt de similitudine potestatis 7 honore: q̄ apostolis alijs sicut petro data est/ nō tamē equalis: presertim si loquimur de p̄tate iurisdictionis vt late dico in p̄allegato. c. noua. In alio etiā differt p̄tās petri a p̄tate alijs aplis cōcessa: quia p̄tās petri trāsit ad successores: vt in sequenti. §. dicemus tanq̄ dignitati potius q̄ persone collata: aliorū vero apostolorum fuit personalis 7 cū eorum personis fuit extincta. Unde ep̄i apostolorū successores hanc p̄tatem a papa recipiūt: vt breuiter 7 cōpendiose cōcludit frater thō. de v̄o in suo eleganti tractatu de p̄tate pape 7 cōcilijs. c. 3. post principiu. Idem in effectu ante eū sensit p̄positus alexandrinus. 15. di. in principio co. 23. §. et similiter potest dici de discipulis: super quo tamen amplius est cogitandum vt in sequenti. §. dicemus.

Conclusio.

Cōcludamus igitur qd̄ petro principaliter tanq̄ apostolorū principi totius orbis p̄lato date sunt clauēs 7 presertim clauis iurisdictionis: que ab ipso in alios ap̄los derivatur. vt. d. c. ita dñs. et sup hoc hodie non est amplius disceptandū: cuius iste articulus iam sit per ecclesiam de cibus. naz papa iohānes. 22. in extrauagāte q̄ incipit licet sc̄m apostolū quosdam tanq̄ hereticos cōdemnauit: qui inter ceteros errores quos cōtra fidē nostrā asserere tēptauerūt: dicebāt qd̄ petrus apostolus nō plus auctoritatis habuit quā alij apli habuerunt: et qd̄ aliorū apostolorū non fuerit caput. Papa etiā martinus quintus in concilio cōstanciēsi damnauit errores iohānis huius: quorū septimus in ordine fuit/ qd̄ petrus nec est nec fuit caput ecclesie. Unde hodie non est in sistendū super intellectū predictarū 7 aliarū auctoritātū que huius sententię videntur ob stare: cum ecclesia romana ad quam spectat huiusmodi dubia declare ac decidere: hoc iam declarauerit.

§. 4.

Papa loco petri est vicarius xpi.

Post petri vero obitū illa eadē potestas q̄ sibi a xpo tradita est: trāsit in oēs successores canonicē intrātes in sede petri: vt patet ex pluribus iuribus 7 auctoritatib⁹: de quibus supra habita est oportuna mētio. Ea quippe ratione qua xps post suā passionē resurrectionē 7 ascensionē voluit sibi petrū vicariū ecclesie p̄latū 7 caput cōstituere: ne videlicet gregē sui p̄cio sanguinis gloriose redemptū absq̄ pastore desereret: vt in precedenti. §. in principio distimus: credēdū est voluisse petri successores vsq̄ ad seculi cōsumationē habere:

Secūda pars. §. 4.

re: cuius hec p̄tās potius dignitati quā p̄sone petri data esse videatur. An papa petri successor/ eandē plenitudinē p̄tatis habet: quā ipse petrus dñi in hūanis ageret habebat: vt dicit textus in. c. ad honores de aucto. 7 vsupallij: qm̄ p̄uilegiū qd̄ beato petro cōcessus est: magis romano ecclesie vel dignitati: quā p̄sone datū esse cōstat: vt dicit textus in. c. 1. de trāsa. epi. vel electi. in prin. Ideo nō puri hoīs sed veri dei vicē gerit in terris et successor est petri 7 vicarius iesu xpi: vt dicit textus in. c. licet in tantū. et. c. inter corporalia. et. c. quāto eo. ti. cū multis similibus. Appellat etiā vicarius sūmi regis et p̄est regib⁹ 7 imperatorū 7 facit idē cōsistoriū cū xpo sc̄m hosti. in. d. c. quāto. Quare appellas a sententiā pape ad xpm: videt heresim sentire: qz sentit qd̄ papa nō est xpi vicarius nec habz idē tribūal cū xpo. ita notāter dicit collectan⁹ in. c. q̄ multoties de regulis iuris: sequitur alexandrinus in. c. p̄ceptis co. 2. di. 12. bene facit text⁹ in. c. romana i principio de appe. li. 6. 7 in. c. non putam⁹ de consue. eodē li. vbi dicit qd̄ ab officiali 7 vicario generalis ep̄i: nō appellatur ad ipsū ep̄m: ne ab eodē ad se ip̄m: cū sit idē p̄sistoriū vtriusq̄: appellatio interposita videat. Idē dicitur de p̄tozib⁹ generalibus dñoz tēporaliū: nam si contingat appellari ab eis non ad dñm: sed ad dñi superiores appellabit: cum dñi et p̄tozis sit generalis idē sit cōsistoriū. Ita notāter voluit io. fabri. in. si. de aucta tu. in fine principij et de vulgari 7 pupillari substi. in principio: quod est bene notādū pro limitandō legis regni: q̄ permittit appellationes a p̄toze ad dñm: vt intelligatur de p̄toze particulari alicuius loci: non de generali totius domini. Reduendo ad p̄positū papa succedit beato petro in ea p̄fectiōe p̄tatis 7 dignitate vicariar⁹: q̄ ipse petrus a xpo i ecclesia sublimat⁹ est. ita p̄cludit bñs thō. li. 4. cōtra gētilēs. c. 16. 7 in tractatu cōtra errores grecoz. c. 69. Habz ergo papa plenitudinē p̄tatis p̄nificialis q̄si rex in regno: sed ep̄i partē sollicitudinis q̄si iudices singulis ciuitatibus p̄positi: propter qd̄ etiā solos eos in litteris suis fratres vocat: reliquos autē oēs vocat filios: ita dicit idē sanctus thō. 4. di. 29. ar. 4. in solutiōe. 3. q. ad hoc bonns tex. in. c. in nouo testamēto. 12. di. Hāc autē plenitudinē p̄tatis habet papa in toto mūdo qz mūdos totus p̄ nauicula vel iurisdictionē petro 7 successorib⁹ datus est: ita quidē habz sedē in antiochia sicut in roma 7 vbiq̄ voluisset Possit etiā esse sedes sua in babilonia. nam cū habeat potestates plenā in omni terra: et in omnē hominē eam habet: quia deus sibi omnē creaturā subiecit: et cōsequēter p̄t papa infideles iudicare. ita notāter dicit petrus de palude. 4. di. 4. q. 4. prope finem. Ad cuius cōfirmationē p̄t adduci textus in. c. cū ep̄s de offi. or. li. 6. vbi dicit qd̄ ep̄s i quolibz loco sue dyocesis p̄t p̄ tribūali sedere 7 libere exequi q̄ suū spectat officiu. Idē faciet papa in toto orbe p̄ nauicula vel diocesi sibi dato. p̄p̄ea a principio in p̄mitua ecclesia petri nullā p̄ticularē sedē sibi

¶ papa nō appellatur ad christū.

¶ cōtra dños temporales.

¶ papa appellat ep̄iscopos fratres.

¶ mundus pro nauicula.

b v

Secunda pars. §. 4.

Roma.

appropriavit: sed hierosolimitana iacobo fratri dñi dñmisit. Antiochenā ignatio discipulo iōānis euāgeliste cōmendavit / et ipse romam trāsiit: vt tradit in. c. rogamus. 24. q. 1. diuinitus enī sedes aplica romae posita est vt probat textus in. c. per venerabile. §. sane qui si. sūt legi. 12. di. c. 1. 12. q. 1. c. futuraz. et. d. c. rogamus. Itaz licet hierosolima propter xpi passionē fuerit gloriozior: roma tamē pro summi pōtificis sede fuit aptior: a xpo quoq; p̄electa in signū sup̄ioritatis: quā romanus pōtifer habiturus erat super totū orbē. Ideo voluit dñs ibi potius quā alibi ecclesie caput stabilire: vt vbi caput erat sup̄stitionis: ibi caput quiescat sanctitatis / et vbi gentiū p̄nceps habitabat: ibi summus pontifex moraretur: vt pulchre dicit beatus Ambrosius in. c. beati. 2. q. 7. Quapropter vrbis Romana effusione sanguinis petri: qui fuit vicarius xpi p̄mus: facta est altera hierusalē a deo q̄ per talē effusione volūtas dei fuit vt ille locus firmaretur et cōsecraretur pro ecclesia sua sancta q̄ est caput et dñā ecclesiarū scōm hosti. in. d. c. per venerabiles. §. sane et probat in. c. fundamēta de elec. li. 6. et ibi per Jo. an. et alios. et propterea ecclesia romana dicitur tribus: idest omnium mater et regina: vt habetur in epla inter claras. c. de summa trini. non ab aplis sed ab ipso dño fundata. 22. di. c. sacro sancta. propter ista etiā papa appellatur romanus pōtifer: qz eccleie romane p̄est. et qm̄ deus (vt dixim⁹) p̄uidit in romana vrbē populū christiani p̄ncipalē sedē futurā: gentiliuz tempore ante xpi aduentū / hic mos paulatim inoleuit vt ciuitatis illius rectores sacerdotibus subiacerēt: sicut in simili in gallia quia futurū erat ibi qd̄ christiani sacerdoti plurimū vigeret religio: diuinitus est permittus vt etiā apud gallos gentiles sacerdotes totius gallie ius diffinerēt: vt refert iulius cesar in libro quē de bello gallico scripsit cōmemorat bñs thō. in tractatu de regimie p̄cipū. li. 1. c. 14. in fine. Ex iam dictis cōcluditur: qd̄ plenitudo potestatis / quā christus petro cōcessit: transit in quemlibet successore canonice intrantē: quia potius dignitati quā p̄sone videt collata: quāq; eius propriū nomē in cōmissione fuerit expressus: vt volūt iura p̄allegata. Ratio huius fuit: qz materia de qua agebat videlicet ecclesie administratio et gubernatio magis cōueniebat dignitati / quā p̄sone. Ex quo inferit: qd̄ in materia dignitatē cōcernere expressio proprii nominis non restringit dispositionē ad personā: sed realis cōsentit / et potētius operat. Secūdo inferitur / qd̄ cōcessa p̄elato in materia dignitatē cōcernere: acquiruntur dignitati non p̄sone. Itaq; plus operatur subiecte materie natura ad dispositionē regulandā: quā proprii nominis expressio: ita dicit Anto. in p̄allegato. c. 1. de trāslatio. epi. vel electi colligēdo ex illo textu. et benefacit textus cū ibi notatis in. t. relatiū el segūdo de testa. Et in hoc est magna discretia inter potestatem petro cōcessā: et pote-

Romāus pōtifer

Conclusio.

Secūda pars. §. 5.

statē alijs discipulis collatā. nā potestas petri ipso iure trāsit in successores canonice intrātes: potestas vero aplis alijs collata non: quia cū eoz personis fuit finita. Et successores aploz epi vel curati qui eoz loco successerūt eosq; representāt: vt dicit vrbanus papa in. c. si. 68. di. et anacletus in p̄allegato. c. in nouo. 21. di. glo. luce. 10. et sc̄tus thō. 3. parte. q. 67. ar. 2. in respōsiōe ad. 2. argu. hāc p̄tēz accipiūt a papa nō ab alijs aplis in quoz loco succedūt. Ita colligo ex p̄dictis et sentit p̄positus alexā. 15. di. in p̄m. co. 23. q. 8. et finalit p̄t dicit de disciplis sumas qd̄ epi et curati nullā habēt iurisdictionē: nisi a papa fuerit sibi cōcessa: quāuis aploz loco subrogentur. Idē cōcludit frater thō. de vio general ordinis p̄dicatoz in quodā suo famoso tractatu de p̄tē pape et cōcili. c. 3. post p̄ncipiū dixi §. 3. ad finē. de quo p̄ cardinalem de turre cremata in libro de p̄tē eccle. li. 2. c. 59. et 63. q̄ pulcre loquit vbi assignat septē ratiōes diuersitatis quare p̄tēs petri data sit p̄tinua ta in sumo pōtifice a xpo: et data aplis et discipulis: nō sit cōtinuata in episcopis et curatis: que rationes per ipsum videri possunt ideo non repero vitande p̄licitatis gratia.

Potestas petri trāsit in successorem: non sic in potestatem apostolorum.

Ex istis primo inferit qd̄ licet epi habeāt

§. 5.

p̄tatem ordinis immediate a xpo eque amplā et virtuosā sicut papa patet hoc p̄ id qd̄ dicit Jo. 20. vbi xps omnibus aplis dixit. Accipite sp̄m̄ sanctū quoz remiseritis peccata: remittuntur. Probat hoc similiter per text. in. c. in nouo testamento. 21. di. p̄allegato. et in. c. loquit. 24. q. 1. et in. c. generaliter. §. ecce sufficēter. 16. q. 1. p̄tatem tamē iurisdictionis ep̄alis quātū ad personas sibi subditas: et quātū ad vsuz clauū in foro cōtēntioso et penitēntiali: habēt a papa xpi vicario: quia vt in sup̄iorib⁹ late dictū est: clauis iurisdictionis seu tota iurisditio immediate fuit a xpo petro concessa. Alij vero apostoli a petro potestatem p̄elationis et iurisdictionis habuerunt: ab eo enim tanq̄ ab apostolorum p̄ncipe potestas et iurisditio cepit: et in alios apostolos fuit dispersa: vt. d. c. in nouo. et. d. c. loquitur cum alijs de quibus supra. §. 3.

De p̄tē ep̄orum

Unde si ep̄s nō haberet ep̄atus nec subditos: neminē posset absolue re vel ligare in foro cōtēntioso vel penitēntiali: vt sunt isti ep̄i quos anularios seu titulares appellāt: qz cū excoicatio et absolutio ab excoione vel peccatis: et p̄tēs iudicādi a iurisdictionē depēdeāt: nō p̄nt exerceri nisi ab eo q̄ iurisdictionē habeat. de iudiciali p̄tē in sp̄ialib⁹ vel t̄palib⁹ planū est. de absolute sacramētali a pctis: patet qz in ea duplex req̄ritur p̄tēs. s. ordinis et iurisdictionis: vt probat in. c. placuit de peni. di. 6. et clarius in. c. omnis vtriusq; sexus de peni. et remi. vnde licet ep̄s vel quilibet sacerdos ratione p̄ime p̄tēs. s. ordinis possit oēs homines absolue re: si tamen secūda deficiat: scilicet iurisdictionis que ad vsuz cla-

De ep̄o ep̄iscopatum vel subditos non habēte.

De potestate sacerdotum.

Secunda pars. §. 5.

utū requiritur: non poterit absoluerē nō subditos: et si de facto absoluat: nichil prodest: quia sicut in iurisdictione contentiosa extra territorium ius dicenti non est parendū: vt. l. extra territorium. ff. de iurisd. o. iu. sic in spūali 7 sacramentali vt. c. 2. de cōsti. li. 6. et. d. c. omnis vtriusq; sexus et. c. quod autē eodē ti. Siue ergo ep̄s vel curatus absoluat non subditū/vel subditū a peccato a quo absoluerē non potest/ qz non est sibi data potestas absoluēdi a papa mediate. s. a superiore vel immediate ab ipso papa: nichil agit vt in preallegatis iuris: et tenet beatus thomas. in quolibet. 12. ar. 16. vbi dicit qd non habēs curā animarū quāuis sit sacerdos: absoluerē nō potest a peccatis: quia non habet potestatem iudiciariā in absolutū. Et si entis clauū requirit propriā materiā in quā exerceatur: adinstar clauis materialis: que non nisi propriā serā aperire pōt vel eā que habet similitudinē ad ipsā clauē. que materia est homo sibi subditus 7 peccatus: et ideo illos 7 ab illis peccatis poterit absoluerē: q̄ sibi permissa sunt per papā mediate vel immediate (vt diximus) et hoc nisi in mortis articulo ex permissione pape volētis q̄ in articulo mortis oēs homines sint sacerdotū quozlibet subditi/ et qui libet sacerdos toti mūdo p̄cesset 7 quēcumq; hominē/ et a quibuscūq; peccatis posset absoluerē: sine noua cōmissiōe propter necessitatē imminētē 7 animarū periculū vitandū vt. c. si. de sepul. c. a nobis. 2. de sen. exco. c. eos. eo. ti. li. 6. cu pluribus alijs.

Et p̄ncipio quidē christus petro 7 alijs aplis potestatem remittēdi peccata cōmissa p̄ illa verba quoz remissis peccata remittuntur eis/ nō distinguēs iurisdictiones: nec limitans dyocesē vel episcopus: immo vbiq; esset quilibet illoz 7 quemcūq; peccatorē 7 a quocūq; peccato poterat absoluerē/ sicut hodie pōt quilibet sacerdos i casu necessitatis. Postea vero dictate spū sancto petrus cū aplis 7 successores (vt ecclesia melius 7 ordinatus regeret 7 propter schismata sedāda:) diuiserūt prouincias 7 dyocesē et statuerūt: vt nullus terminos sue potestatis excederet: vt habetur in. c. legimus. 93. di. 7 in. c. olim. 95. di. et melius in. c. 2. 99. di. et quosdā p̄fecerūt certe prouincie 7 alios alijs / taliter q̄ ep̄i in prouincijs 7 dyocesibus sibi cōmissis sunt prelati immediati omnium de dyocesi. Unde licet papa sit vniuersalis prelati omnium hominū: quā prelationē habet immediate a christo: nō tamē proprie est prelati immediati omnium hominū licet in omnes possit iurisdictionem exercere: Sed episcopi sunt prelati immediati in suis dyocesibus: quia tota iurisdictione residet apud eos. Alij vero habētēs aliquā iurisdictionē vt sacerdotes: sunt eoz cōmissarij. ita concludit ep̄s abulensis. Mathei. 16. c. q. 56. 57.

Ex quo inferit qd omnes sacerdotes curati vel curā animarū habentes in dyocesibus sūt cōmissarij ep̄ozum 7 ab eis dicuntur p̄tates habere

Pro. c. omnis vtriusq; sexus.

Comparatio.

in articulo mortis

De potestate remittendi peccata.

De sacerdotibus 7 curatis.

Secunda pars. §. 5.

quia eos ep̄s assumit in partes sollicitudinis. qd patet qz ep̄s dicit in ordinatione sacerdotis: quia nos sufficere non possumus: in parte sollicitudinis nre assumimus. Sicut in simili dicit textus in. c. qui se. 2. q. 6. et in. c. ad honore de aucto. 7 visu palij. Per cōcessionē tamē ordinū nihil iurisdictionis sibi cōfert etiam si beneficiū simplex sibi cōcesserit vel aliunde habeat quāuis beneficiū aliquos habeat subiectos. non enim poterit sacerdos beneficiatus illos absoluerē nisi ep̄s animarū curā sibi committat. Quā si voluerit totas sibi retinere in sua dyocesi: nō cogitur alicui committere. Vel si committat: poterit sibi reseruare ad libitū casus quos voluerit: vt patet ex iam dictis et tenet ep̄s abulensis vbi supra. et fr̄s franciscus paninus in baculo pastoralis: qui tractatus de visitatione dicitur parte. 4. c. 24. dicens qz casus etiā non expressos in iure potest sibi reseruare ep̄s in quibus curati vel religiosi de iure p̄uilegiati ad audiēdū et absoluēdū non habebūt in subditos ep̄i clauū exercitū in foro penitentiali sine ipsius licētia: quia sicut ep̄i possunt ordinariā potestatem subditorum arctare: fortius ordinariā potestas episcopi substantialis per accidentalia non mutatur et hoc notat paulus de lezarijs in de. dudum de sepul.

Subdit tamē fr̄s franciscus paninus ibi qz licet exercitū iurisdictionis a maioribus ad inferiores descendat. 21. di. c. in nouo. c. significati de electi. ab ep̄o in sua dyocesi restringit tanq̄ maius imperiū habere. ff. de iudicijs. l. iudiciū soluit. 63. di. c. solentane d̄ offi. or. c. cū ab eccliaz casus tñ sine causa nō debet reseruare ep̄s: ne precludat tota p̄tēs in ferioz. 11. q. 1. peruenit. hec ille. Unde sequit qz si ep̄s multū opprimeret potestatem sacerdotū maxime causa graui nō vrgēte: p̄nt sacerdotes recurrere ad superiorē: cū videāt eoz officii valde diminutū. ar. c. ad hoc de exce. prela. ita notāter dicit abbas ficulus in. c. deus qui in fi. de peni. 7 remi. quia scdm eū regula est: qd exceptis quibusdā reseruatis de quibz per glo. in. c. 2. de peni. 7 remi. li. 6. et per hosti. in summa eo. ti. §. aut cōfitendū plenū p̄ archiep̄m floren. 3. parte. ti. 17. c. 11. Abulēsem mathei. 16. q. 57. ab omnibz alijs p̄nt sacerdotes absoluerē. Quinimmo dicit archiep̄. flo. vbi supra qz sacerdotes oia possunt quo ad forū penitentialē: que nō sunt spūaliter in iure ep̄is reseruata 7 que non sunt ipsis sacerdotibus directe vel per aliquā cōsequētiaz interdicta ar. c. ac si clerici. §. de adulterijs de iudi. 7. c. nuper de sen. ex. plures enim casus ponere seu reseruare nō est aliud quā p̄tates sacerdotū restringere: q̄ eis plenarie est data a xpo. hec ille. de quibus dictis ego sum multū dubius p̄pter ea q̄ supra dicta sunt. q̄ mihi de iure videtur veriora: fateor tamē qz si ep̄s cōmittit alicui curā animarū: videtur cōmittere omnia que alijs curatis cōmitti solent quātū ad vsum clauū: et ideo poterit generaliter absoluerē in omnibus sibi a iure vel ab ep̄o

si beneficius simplex

Nota pro curatis

casus nō reseruare

Nota pro curatis

Secūda pars. §. 6.

nō reseruat: et ita debet intelligi text⁹ in. d. §. ecce sufficiēter. 16. q. 1. et in de. dudum. §. verū de sepul. de quo latius per ep̄m abulensem in dicta. q. 57. et melius p̄ archiepi. flo. vbi supra. Nec non sunt contem-
nenda: quia vtilia et quotidiana: a quibus non potui calamū reprimere: quāuis aliquo modo visa fuerūt ad p̄positū de quo agit imprinētia.
Secūdo ex predictis inferitur: q̄ si ep̄scopus renūciat ep̄scopatū/ non habet aliquam iurisdictionē vel p̄lationem cum nō habeat subditos et per consequens in nullum potest iurisdictionē exercere vt notatur in. c. 1. de eo qui renūciat ep̄scopatū.

De ep̄o qui renūciat ep̄scopatū

De b̄ndictiōe ep̄i scopalī.

Tertio inferitur q̄ tales ep̄i: qui nullū h̄nt ep̄scopatū vel habent: sed nō subditos/ vel si subditos h̄nt extra suā diocēsim vel puinciā nō p̄nt populū solēniter b̄ndicere: quia per talē b̄ndictionē: dimittuntur peccata v̄ialia vt notat glo. in p̄hemio li. 6. et in. c. aqua. de p̄sca. di. 3. que dimitti non p̄nt nisi p̄ supiorē vt. c. q̄ aut de peni. 7. remi. ergo r̄c. Ita notat̄ voluit d̄ns abb. sicul⁹ in. c. antiq̄ de p̄uile. in fine. de quo ego alias dixi in. c. ois v̄iusq̄ sex⁹ de peni. 7. remi. co. 278. alias super p̄c̄ oia p̄c̄ā versū. Septimo intellige: vbi cōmemorauit oia media q̄bus peccata venialia tolluntur. et inter cetera fuit istud de b̄ndictiōe ep̄ali.

§. 6.

De p̄tate pape.

Redeūdo ad p̄positū vnde paululum
me auerti colligo ex predictis amplissimā fore potestātē Romani p̄ntificis in toto orbe terrarū sibi pro nauicula vel dyocesi tradito: tā circa tēporalia: quā circa sp̄ualia: tā super laicos: quā sup̄ clericos. Cui in p̄sona petri terreni simul et celestis imperij iura deus ipse cōmisit: vt colligit̄ ex ias dictis: et dicit̄ textus in extrauagāte. 10. 22. que incipit si frat̄r reperit̄ hodie sub titulo ne sede vacante vbi glo. laurētij dicit: terreni idest laicorū. celestis idest clericorū. Ad hoc bonus text⁹ in. c. ad aplice. §. nos aut̄ de re iudi. li. 6. 40. di. c. nō nos. Uterq̄ enī gladius sc̄z sp̄ualis et tēporalis petro traditus est et p̄ eū oībus successoribus in eius sede canonicē intrātib⁹. Sed eo ecclesia vti⁹ per p̄ncipis manū: cui cōherēdoz corp̄oz cōtulit potestātē: sp̄ualū sibi in p̄ntificib⁹ auctoritate reseruata. Est ergo p̄ncipis sacerdotij quidē minister/ et qui sacrorū officiorū illā partē exercet: que sacerdotij manibus videtur indigna: vt colligit̄ur ex p̄allegatis iuribus. notatur p̄ ber. hosti. et alios in. c. nouit de iudi. et in. c. causam que qui filij sunt legit. plenius per hosti. in summa qui filij sunt legit. §. et a quo glo. in. d. extrauagāte sup̄ verbo cōmisit et multi alij tradūt de quib⁹ p̄ modernos in. d. c. nouit. Dabem⁹ hodie extrauagāte Bonifati octauū: q̄ incipit vnaq̄ sanctā. reperitur inter extrauagātes cōmunes sub titulo de maiorib⁹ et obe. vbi ex pluribus auctoritatib⁹ sacre scripture decidit: q̄ vterq̄ gladius est in potestate ecclesie. s. sp̄ualis et materialis. Sed is quidē p̄ ecclesia:

Etiam sanctam

Secūda pars. §. 6.

Ille vero ab ecclesia exercēdus. ille sacerdotis is manu regū et militū: sed ad nutum et paciētiā sacerdotis. tēporalis aut̄ gladius subiacer sp̄uali: et ab eo deriuat̄. Mā veritate testate sp̄ualis potestas terrenas potestātē instituere habet et iudicare: si bona nō fuerit: si de ecclesia et ecclīastica potestate verificatur vaticiniū hieremie. c. 1. Ecce p̄stitui te sup̄ gētes et regna et cetera q̄ sequuntur. ergo si deuiat terrena potestas: iudicabit̄ a potestate sp̄uali: sed si deuiat sp̄ualis minor: a suo supiore. si vero suprema/ a solo deo non ab homine poterit iudicari: testante ap̄lo. 1. Corin. 2. Sp̄ualis homo iudicat omnia: ipse aut̄ a nemine iudicatur. Est aut̄ hec auctoritas (Et si data sit homini vt exerceatur per hominē:) non humana sed potius diuina ore diuino petro data sibi suisq̄ successoribus in ipso/ quē cōfessus fuit petra firmata: dicēte d̄no petro. Quodcūq̄ ligaueris. r̄c. Quicūq̄ igitur huic potestati a deo sic ordinate resistit/ dei ordinationi resistit: nisi duo (sicut manicheus) fingat esse p̄ncipia: quod falsum et hereticū iudicamus. Quia testate moysē genesis. 1. Non in p̄ncipijs: sed in p̄ncipio deus celū creauit et terram. Porro/ subesse romano pontifici/ omni humane creatu re declaramus. dicimus. diffinimus et pronunciamus omnino esse de necessitate salutis. Nec sunt aurea verba illius extrauagantis: ad p̄positū nostrū satis accōmodata: sūpta ex vgone. 2. li. de sacramentis. parte. 2. c. 4. que refert et sequitur Augustinus de anchnona: in libro de potestate ecclesie. q. 46. ar. 1. in p̄ncipio.

Emanauit illa famosa decisio ad cōpescendā inobediētiā Philippi p̄ntimi fr̄acorū regis sup̄bi: qui nitebatur beneficiorū collationē et eoz vacantiū custodiā vsurpare et sibi appropriare iure regio: Sup̄ his vero Bonifati octauū Regis inobediētiā reformare cupiēs scripsit eidē eplam hui⁹ tenoris. Bonifati ep̄s seru⁹ seruoꝝ dei: Philipo fr̄acorū regi salutē et aplicam b̄ndictionē: Deū time: et mādata eius obserua: Scire te volumus qd̄ in sp̄ualibus et tēporalibus nobis subes beneficiorū et p̄bēdarū ad te collatio nulla expectat: et si aliquo rū vacantiū custodiā habes: fructus eozū successoribus reserues: et si qua cōtulisti: collationes tales irritas decernimus: et quātū de facto p̄cesserūt reuocam⁹ datū. r̄c. Rex aut̄ philippus his litteris indignat⁹/ eas in suo palacio corā plurib⁹ p̄buri fecit: et nūtiōs pape vacuos et si ne honore remisit: pape vero ipudēter hoc modo respōdit. Philip⁹ dei gr̄a fr̄acorū rex Bonifatio se regēti p̄ summo p̄ntifice: Salutē modicā siue nullā. Sciat tua maria fatuitas in tēporalib⁹ nos alicui nō subesse. Aliquarū ecclīaz et p̄bēdarū collationes ad nos iure regio pertinere: et fructus earū vacatiōe durāte nōs facere. Collatiōes a nobis hacten⁹ factas: et i posterū faciēdas fore validas: et illaz vigore/ possessores p̄tra oēs nos virilif tueri. Sed aut̄ credētes fatuos et demētes

Ep̄istola Bonifati pape.

Ep̄istola philippi regis francoꝝ

Secūda pars. §. 7.

reputam⁹ datis. 2c. Papa ob hoc cōmotus edidit extrauagātē predictā satis salubrē et necessariā ad pūncēdos plures inobediētes et rebelles reges et principes seculares: qui nolūt subesse ecclesie romane nec romano pōntifici: vt sciāt ecclesiā et romanū pōntificē habere potestātē sup eos ad eorū graua delicta pūniēda/ et si opus fuerit regnis et dominijs eos priuādo. Quāuis enī jurisdictiones ecclesiastica et secularis sint distincte: verūtamen imperatoris et regū seu principū seculariū iurisdictione: ab ecclesia et papa tanquā ecclesie capite et christi vicario in terris emanare censetur: vt ex predictis satis admodū liquet. Itē quanquā gladij tēporalis exercitium non habeat: apud eam tamen cēsetur esse suprema potestas et plenitudo potestatis vt. c. proposuit de cōcessio. pte. de. l. vt lite pen. de. pastoralis in fine de re iudi. quinimmo habet papa quandā potestātē generalissimā: que fuit transmissa a christo in petrum et successores. 2l. di. c. in nouo. de transla. pte. c. l. et scdm hanc est dñs orbis in spūalibus et temporalibus. 9. q. 3. c. per principālē. et. c. cuncta per mundū. ita dicit Jo. de ligniano in. de. ne romani de electio. refert et sequitur ibi dñs cardinalis in. d. irritum. q. 5. in fine. de quo per ipsū in. c. venerabilem de electio. et in. c. nouit d. iudi. et in. c. per venerabile qui fi. sunt legi. Ratione cuius potest pūire et si opus fuerit deponere ex causa graui Imperatorē reges et principes seculares. ita colligo ex precedentibus signāter ex pte allegata extrauagāte vnam sanctā. Ita etiam firmat augustinus de anchona magne sciētie et auctoritatis vir in libro de potestate ecclesie. q. 46. ar. 2. in solu. 3. argu. dices. q. papam spectat correctio Regum et aliorū: non quidē propter immediatā tēporaliū administrationē: sed propter vniuersalem iurisdictionem: quam vice christi habet in toto orbe super reges et super omēs alios principes. hec ille. Idē tenet sc̄tus thō. in tractatu de regimine principum li. 3. c. 18. in fine. de ratione quidem iuris eius est nolle: cuius est velle. et eius est auferre qui de iure pferre pōt vt statz dicem⁹. et ita quōuis Clemens quintus qui bonifacio successit declarauerit q. rex francie et regnicole per extrauagātem vnam sanctam non amplius subiiciantur ecclesie Romane quas prius erant vt habetur in extrauagantibus cōmuniibus. ti. de priuilegijs. c. meruit: per ea tamen que dicta sunt et in predicta extrauaganti / vnā sanctā / continentur: manifeste apparet reges omnes ecclesie romane fore subiectos.

§. 7.

De potestate pape super reges et vniuersum orbem.

Tenetur enim papa vice christi in toto orbe duplicem iusticiam seruare. Vnam particularem singulorū hominum vt vnicuique reddatur: quod iuste sibi debetur: et releuentur a grauamine quod iniuste sibi infertur ac vt nocēdi improbis facultas

Secūda pars. §. 7.

tollatur: aliā vniuersalē vt res publica promoueatur ac bonū reipublice nō perturbet: et maxime q. totus christianus populus ecclesie christi spōse subiiciatur. nulla namq. iusticia esse pōt que ipm hominē a deo vero tollit. Unde qui se ipsū aufert dominari deo a quo factus est: a domino ecclesie se subtrahit: iniustus est: vt dicit augustinus. 19. de ciuitate dei. c. 21. Propter istū ergo duplicē defectū iusticie: papa potest reges deponere: vt late ac singulariter firmat augustinus de anchona in pte allegata. q. 46. ar. 2. Primo quidē ppter defectū iusticie particularis/ quo iusticia singulorū perditur et improbis facultas nocendi prebetur: propter defectū aut talis iusticie: Zacharias Romanus pōntifex Childericum francoz reges/ non tā pro suis iniquitatibus: q. pro eo q. tante potestati erat inutilis: a regno deposuit: et Pepinum charoli imperatoris patrē in eius locū substituit: vt illius tēporis annalia referūt: et cōmemorat Belagius papa imperatorū scribens in. c. alius. 15. q. 6. Ex eadē causa fuit regno priuatus seu a regno deiectus Sardanapalus assiriozum rex: vt traditur per aristotelē ethicoz. l. circa principū: et narrat tullius quinto de questionibus tuscalanis. refert andreas de pferria in. c. l. que sunt regalia in verbo et extra ordinaria collatio. co. l. habetur etiam in chronici illius tēporis et per Jo. bocatiū de principū casu libro. 2. c. 11. Idē dicitur de Helioabalō rege immo impatore omnīū effusissimo: qui libidinū suarū ministros in senatū legit sine vlla etatis ratione: quasi parū esset honores ipsos ac magistratus viderē: vt haberet vnde anserū cecineribus canes/ fasia nis ac pstitacis leones pasceret: vt in lucernis balsamum ad lumen nocturnū intingeret. Cuius fuit illa vox impurissima/ et supra quā dici potest detestabilis. nam cū e familiaribus quidaz et diceret: quid malum/ nōne paupertatē et horrescis? at qui inquit. Quid melius quā vt ipse mihi heres sim/ meeque vxori. Hec refert pōtanus in li. de liberalitate. c. 10. ad finē. Ex eadem causa Innocētius quartus attendens q. rex portugalie negligens erat et remissus circa regnū et subditos eius prodigus et dissipator/ permittebat ecclesias monasteria pia loca/ et ipsas personas ecclesiasticas aggrauari/ viduas etiam et pupillos orphanos et ceteros in regno suo degentes grauabat vel grauari sinebat: supradicto regi et regno prouidere volens: dedit ipsi regi coadiutorē nobilem virū comitē Boloñ predicti regis fratrem: per quem sperabat futuram regni reformationem/ mādauitq. barombus et comitibus ipsius regni portugalie quod honorifice eum reciperēt: eis in omnibus obedirent: vt dicit textus in. c. grandi de supplenda negligencia prelatorū li. 6. et pleniū cōtinetur in chronici illius tēporis. huiusmodi enī homines presertim reges et principes: quib⁹ amplissima viuēdi data est libertas/ nisi in ipso cursu habenas cōtineāt: breuit

Childericus rex.

Sardanapalus rex.

Helioabalus rex.

Rex portugalie.

c

Secunda pars. §. 7.

Desiderius rex.

Constantinus Leo imperator.

Henricus imperator.

Fredericus barbarossa.

Otho imperator.

Fredericus imperator.

In preceptis delati: multisq; simul victis obtant: pessum seu ad rutnam eant necesse est. vnde merito proueniendi sunt. Propter secundum vero iusticie vniuersalis defectum: idem Zacharias papa (cuius paulo ante meminimus) desiderium vltimum longobardorum regem ecclesiam persequentem et promissa non adimplentem regno prauauit/ et ab eo deiecit/ magni Caroli vsus auxilio: vt habetur in. c. adrianus. 63. di. et in. c. hortati. 23. q. 8. 7 latius in chronichis illius temporis et in vita zacharie per platinam 7 alios et per Johānem bocatiū in pre allegato libro suo de principum casu li. 9. c. 10. et fratre iacobum in supplemento chronicarū. Item cum ecclesia romana opprimeretur a rege longobardoz Stephanus secundus: qui tunc temporis in sede petri sedebat: petijt auxilium a constantino 7 leone eius filio imperatoribus constantinopolitanis: eosq; contumaces et ecclesie romane patrociniū iniuste negantes: imperio prauauit/ atq; in germanos trāstulit: scilicet in Carolum magnum pipini francozum regis filium/ cuius nunc mentiones fecimus. huius prauationis 7 translationis memorias facit textus in. c. in die de consecra. di. 5. 7 in. c. venerabiles de elec. post prin. et declarat ibi glosa ordinaria in hōbo trāstulit. de quo etiam habetur in cle. vnica de iure iurando. et per sanctum Thomam in tractatu de regimine principum. li. 3. c. 18. Alexander secundus henrico imperatori viriliter restitit. Ides Alexander tercius fecit cōtra fredericum barbarosam romanā ecclesiam infestantē quem tandem supplicem ad venie petitionem coegit. Innocentius etiā tercius othone qrtū imperatorem ab imperio deposuit: imperijsq; titulis prauauit: qz monitus ab eo vt desisteret ab iniuria et persecutione qua fredericū secundū sicile regem adhuc impuberem persequebatur: et apulie regnū/ quod ab eodem frederico abstulerat/ cōtra voluntatē pape/ eidē restitueret: facere noluit: vt habet in chronichis de vitis pōtificū signāter in vita innocētij terci: ex qua quidē persecutiōe principes xpiani cōmouebātur 7 pacis amenitas inter eos turbabatur. vnde iuste fuit imperio prauatus. Honorius itē tercius qui predicto innocētio terciō in pōtificatu successit: fredericū secundū in basilica sancti petri imperatorem coronauit: q̄ erat fidelis ecclesie ratione regni sicilie: in quo iure mafno successerat: sed qz tractu tēporis ab ecclie 7 ipsius honorij obedientia resiliuit: dictus honorius ipm anathematizauit. et oēs fideles 7 barones a sua fidelitate absoluit: quā sententiā gregorius nonus q̄ ei successit roborauit. Innocentius hō quart⁹/ q̄ eidē gregorio fuit subrogatus/ in lugdunēsi cōcilio eundē fredericum tanq; ecclesie rebelles/ sicilie apulieq; regno et imperio prauauit: vt habetur in. c. ad apostolice de re iudicata libro. 6. et latius in chronichis illius temporis/ presertim in vitis Honorij Gregorij et Innocētij predictozum romanoz ponti-

Secūda pars. §. 7.

Henricus imperator.

Soma sententia.

ficum: et per archiep̄m flo. 3. parte historiali ti. 19. c. 5. in principio. Solus ergo papa deponit imperatorem vt inquit bal. in. l. rescripta in fine. C. de precibus imperatori offerendis. versiculo vltimo solus papa cuius meminit Andreas siculus in tractatu cardinalium. q. 2. co. secunda. Gregorius etiam septimus vir quidem sanctimonia plenus Henricum tercium imperatorem admonet ne deinceps largitione corruptus: episcopatus 7 beneficia alicui per simoniacā cupiditatem committat: aliter se vsurum in se et delinquentes censuris ecclesiasticis: quod cui non fecisset/ immo scisuram in ecclesia induxisset: et alia multa mala in ecclesia fecisset: gregorius tantā iniuriā diuine maiestatis causa non diutius ferens/ eundem henricū regni administratione 7 imperio prauauit/ in hunc modū. Beate petre apostolorum princeps/ inclina queso aures tuas: et me seruū tuū exaudi: quez ab infantia educaisti: et vsq; ad hūc diem ab iniquoz manibus vendicasti: qui me pro mea in te fide oderunt et persecuti sunt. tu michi testis es optimus: et pia iesu christi mater 7 frater tuus paulus tecū martyrij particeps/ me nō sponte sed inuitum pontificatus gubernacula suscepisse: non q̄ rapinā arbitratus sim sedē tuam legitime conscendere: sed malebam vitam meā in peregrinatione degere: q̄ locum tuū pro fama 7 gloria tantum occupare: fateor ego ac merito quidem michi tua gratia non meritis meis populi christiani curam demandatam esse concessamq; ligandi et soluendi potestatem. hac itaq; fiducia/ fretus pro dignitate et tutela ecclesie sue sancte/ omnipotentis dei nomine patris et filij et spiritus sancti Henricum regem henrici quondam imperatoris filium: qui audacter nimium et temerarie in ecclesiam tuam manus iniicit: imperatoria administratione regisq; deicio et christianos omnes imperio subiectos iuramento illo absoluo/ quo fidem veris regibus prestare consueuerunt. dignum est enim vt is dignitate careat: qui maiestatem ecclesie imminuere conatur. Preterea vero/ quia monita mea immo tua ad sui ipsius populozumq; salutem contempserit/ et se ab ecclesia dei q̄ seditionibus pessundare cupit separauit: eum anathematis vinculo ligo/ certo sciens te esse petrum in cuius petra vt invero fundamento rex noster christus edificauit ecclesiam suam: vt ista refert platina in vita gregorij septimi. de quo etiam per archiep̄iscopum florentinum. 2. parte historiali. ti. 16. c. 1. §. 21. vbi inter alia dicitur qd henricus ab infantia ad sanitatem rediens: erroris veniam postulauit. Contra quem pactiones minime obseruantem rursusq; pontificem oppugnantem/ Robertum guiscardi apulie ducem acciuit armis iniuriam vindicaturum. Qui et pontificem ab impiorū manibus eripuit 7 in fontes ac rebelles grauitur animaduertit. Urbanus quartus Carolum andegauensem cōtra manfredū Sicilie

c ij

Secunda pars. §. 8.

Wifredus rex.

Petrus arago rex.

Carolus rex

Ladiflaus rex.

Brachius.

Ludouicus dur.

Philippus rex.

Sigismundus dur.

Ludouicus rex.

Sigismundus.

Borsus dur.

Andegauenses.

Ferdinandus rex

Veneti.

Dauid rex.

Saul rex.

Ozias rex.

Achaz rex.

regē euocauit sedē tūc apostolicā perturbātē. Qui postmodū Clemēte quarto opitulāte Manfredū regno parit ac vita spoliāuit. Martinus quartus petri aragonie regē siciliā occupantē anathematizauit. Urbanus sextus charolū yngarie sicilięq; regē micerie regno siculo priuatū declarauit. Innocētius septimus ladiflaū neapolitanū regē p̄lio victū roma fugauit: quē adhuc in sua perfidia perdurantē/ alexander quintus regno etiā spoliāuit. Martinus quintus brachiū montū romana oppida inuadentes/ martem alterum appellatū: graui bello persecutus est: in quo et vitā perdidit vna cū rebus iniuste occupatis/ violentissime detēris. Johannes. 22. ludouicū bauarie ducem romanorū impatorē rebellē ac schismaticū declarauit eo qđ is Baleaciū et matheū vicecomites cōtra ecclesiā foueret. Bonifacius. 8. philippo galloꝝ regnū ademit et petro et iacobo colūnesibus cardinalatū vt. c. vnico de schismaticis. li. 6. Pius quoq; secundus Sigismundo austriae duci sacris interdixit eo qđ is cardinalē in vincula coniecisset. Ludouicū frācoꝝ regē ad tollendā e regno suo pragmaticam: graui cōminatione impulit. Sigismundus malatestā inobediētē sedi apostolice: omni fere dominio spoliāuit. Borsum ferrarie ducē eo qđ is malaste fauere visus fuerat: acerrime increpatū ad petēdū veniā perpulit. Andegauenses totū fere regnū occupantes armis inde exturbauit/ totamq; ecclesie iurisdictionē in pristina dignitatē restituit eamq; etiam magnopere ampliat. Innocētius octauus Ferdinandū apulie regē deposuit. Sixtus quartus venetos ferraria bello premētes: graui anathemate notauit/ eorū bona cuilibet diripiēda permittēs. Ex quibus omnibus patet euidenter qđ papa ex iustis causis pōt procedere cōtra principes christianos: et si eorū demerita exposcat: poterit eos deponere regnisq; priuare: qz cū papa sit iudex vniuersalis vice xpi tā uiuorū quā mortuorū: eū spectat oim hoim cuius fore faciūt/ vniuersalis correctio. ita dicit Augustinus de anthona in preallegata. q. 76. ar. 1.

§. 8.

Reges in lege veteri a sacerdotib; correcti et depositi

Dauid rex.

Saul rex.

Ozias rex.

Achaz rex.

In veteri etiā lege prophete qui sacerdotis sumi loco habebantur: reges delinquentes increpabant. castigabant. et aliquādo regno priuabant p̄p̄ eorū demerita. Hoc patet de natā propheta: qui. 3. regū. 12. fortis correxit dauid regē dicens: vtiā etheū percussisti gladio: et illius vxorē accepisti tibi vxorē: quā obrem nō recedet gladius de domo tua: in sempiternū. Itē samuel p̄pheta reprehēdit Saul regē de inobediētia vt patet. 1. regū. 15. c. Summus etiā sacerdos redarguit et increpauit ozīā regē iuda de p̄sumptione ingressus in templū ad incensandū. 2. para. 26. Helias cū audisset ab achaz rege: tu es ille qđ cōturbas israel. respōdit: ego nō cōturbaui israel: sed tu et domus patris tui: qui dereliquisti mādata dñi: et secuti estis baalā. 3. regū. c. 4.

Secūda pars. §. 8.

P̄terea in lege noua nicholaus papa reges Lothariū de adulterio reprehēdit: vt habet in. c. scelus. 2. q. 1. multa similia exempla reperire poterit curiosus indagator. quinimmo in eadē lege veteri pluries reperimus: qz prophete et sumi sacerdotes reges plures deposuerūt propter eorū delicta vel demerita: nā samuel p̄pheta qui tūc tēporis erat sumus sacerdos et pōtifex in israel: saul regē nō solū redarguit: sed et regno priuauit: eo qz mandatū dñi nō impleuit: vt occideret agag regē amalech: et oēs ibi habitātes et cūcta animalia: et vniuersas eorū substantias: vt habet. 1. regū. 15. 16. vbi subdit: qđ in eius locū assumptus est dauid/ et in regē p̄ eundē prophetā vinctus. Idem samuel eundem agag regē nō solū regno priuauit: sed etiā occidit: et in frustra cōcidit: qz restitit israeli de egipto ascendenti: vt ibi dicit. P̄terea ioyada sumus sacerdos athalia mulierē: que illis tēporibus in iudea regnabat: regno priuauit et occidi ab exercitu iussit et ioam qui erat de regio semine vnxit in regem et posuit diadema super caput eius. 4. regū. c. 11. Daniel itē magnū nabuchodonosor babilonis et assiriorū regē iussu dei a regno deposuit propter eius superbiam ac religiōis cōtēptū: destruxerat enim tēplū hierusalē et vasorū eius parte asportauit/ et septē annis vt bos fenū comedit et vt bestia vixit: qui demū dei magnificētia et misericordia protestari coactus est dicens: ego nabuchodonosor oculos meos ad celū leuaui et sensus meus redditus est michi et altissimo benedixi. et viuētē in sempiternū laudauit et glorificauit: qz potestas eius sempiterna/ et regnū eius in generatiōe et generatiōne/ et oēs habitatores terre apud eū in nichilū reputati sunt: iuxta voluntatē entis suā facit tā in virtutibus celi: quā in habitatoribus terre et nō est qui resistat manui eius et dicat ei quare fecisti. et infra: oia opa eius et oēs vie eius iudicia. et gradientes in supbia pōt humiliare: vt hec latē habentur danielis. 4. c. Defuncto nabuchodonosor: eius filius Baltasar successit in regno. et ipse et optimates sui vxores et cōcubine biberunt vinum in vasis aureis: que nabuchodonosor ex templo hierusalem asportauerat. in eadem hora apparuerūt digiti quasi manus hominis scribētis in superficie parietis aule regis. Mane: thetel: phares: que verba interpretatus est daniel: quasi ferens vel saltē declarās sentētiā priuationis a regno cōtra eum dicens. Mane: idest mutauit deus regnū tuū et cōpleuit illud. Thetel: idest appētus est in statera et inuētus est minus habēs. Phares: idest diuisum est regnū tuū: et datum est mediis et persis: quia aduersus dominatores eleuatus es et vasa domus eius allata sunt corā te et tu et optimates tui et vxores tue et cōcubine vinū bibistis in eis: et cetera que sequuntur. et subditur/ qđ eadem die nocte sequenti interfectus est Baltasar rex caldeus et darius medus successit in regnum: vt hec habentur danielis. 5. c. Ze

Lotharius rex.

Saul rex.

Agag rex.

Athalia regina.

Nabuchodonosor rex.

Baltasar rex.

c. 11)

Secunda pars. §. 8.

Sedechias rex.

Sacerdotium legis veteris est figura noui sacerdotij.

Sedechias rege iuda legit: eo quod hieremiam prophetam carcerauit et captiuauit: pessima occubuit morte regno suauit ut habet hieremie. 29. c. Hec sunt exempla veteris testamenti: que in presentiarum occurrunt in quibus propheta vel summus pontifex seu sacerdos reges delinquentes correperit increpauerit et aliquando a regno deposuerit: eo quod domini mandata preuaricati sunt/ ea pertinaciter continentes: unde merito ipsi eorumque filij regno privati sunt. Quod ipsis regibus antequam in lege veteri constituti essent: continatus est dominus: tradens eis precepta que obseruare tenebantur: si in regno ipso ipsi eorumque filij longo tempore super israel regnare cupiebant. ut habetur deuteronomij. 17. c. Quis autem sacerdotium veteris legis sit figura sacerdotij noui testamenti/ quod excellentius et perfectius est: ut traditur per apostolum hebreorum. 7. et in. c. translatio de consuetudine. et sacerdos legis veteris hoc facere poterat ex causa: pari ratione et multo fortius idem facere poterit sacerdos summus legis noue: cum excellentioris sit dignitatis quam veteris: appellatur enim summus sacerdos quod nomen accepit a moysi. 22. di. c. sacro sancta. et oes dignitates et omnem potestatem quam habuerunt oes patriarche: papa solus habet ut inquit bernardus de contemplatione ad eugenium et refert bal. in. l. rescripta. c. de precibus imperatorum. offi. co. 2. ubi plura dicit de auctoritate et potestate pape. illud enim quod in veteri testamento seruabatur circa hoc: illud idem est seruandum in nouo testamento: ut est textus valde notandus et ad propositum nostrum satis accommodatus. in. c. per venerabilem qui fuerunt legi. in. §. rationibus in officulo sane ubi littera dicit. Sane cum deuteronomium lex secunda interpretet: ex vi vocabuli comprobatur: ut quod ibi de cernit: in nouo testamento debet obseruari. hec ibi. Non est ergo mirandum si hodie papa corrigat castiget et deponat principes seculares ex iusta causa: sicut olim fiebat in veteri testamento. Seruit enim summus pontifex in ecclesia dei vice illius prophete: de quo dicit deuteronomio. 18. c. prophetas suscitabo vobis de fratribus vestris etc. quicumque non audierit illum prophetam: ego ultor ero: pena. scilicet temporalis et eterna intelligendo. Ex quo verbo dicit ibi glo. habetur quod impingentes in summum pontificem et ei resistentes: grandi pena sunt puniendi. hec ibi. qui contra superbierit nolens obedire sacerdoti impio: quod tempore erit: morietur. et rursus. quod cohercitus obedire sacerdoti contempserit: lapidibus eum obuiet populus: ut dicit deuteronomio. 17. transumptiue in. c. per venerabilem qui fuerunt legi. ubi illa auctoritas de summo pontifice exponitur. oes ergo homines tenentur pape obedire ipsumque sequi: quia ois aia ei subest ut ait apostolus. ro. 9. transumptiue in. c. magni. II. q. 1. et in. c. ois aia de ceteris. nemo ergo excipitur ab obedientia et reuerentia pape. Qui ergo ei resistit vel non parcedo vel ab eius obedientia et reuerentia subtrahendo differendo vel dilatando: dei ordinationi resistit: ut inquit apostolus ad romanos. 12. transumptiue in. c. qui resistit. II. q. 3. cum pluribus alijs.

Secunda pars. §. 8.

Ad quorum confirmationem facti/ quoniam certum est quod papa significatur per montem synay de quo dicitur exodi. 19. quod die tercio descendit dominus in montem synay dicens filiis israel. ne ascendatis in montem nec tangatis fines eius. qui enim tetigerit: morietur. significatur enim summus pontifex per talem montem. Primo ratione generalitatis: quia sicut mediante tali monte descendit deus coram toto populo iudeorum: sic christus mediante potestate summi pontificis in lege noua descendit super toto populo christianorum. secundo ratione sublimitatis: quia sicut ille mons sublimior est omni alio monte: ita papa sublimior omni alio prelato. tercio ratione legalis veritatis: quia sicut de illo monte data est lex: ita ab ipso papa omnes leges et iura exquirenda sunt. Omnis ergo qui hunc montem tangit/ non obediendo resistendo vel impugnando vel se ab illo diuidendo vel separando: mori debet. non quocumque genere mortis/ sed lapidibus et iaculis est confodiendus/ dignitate et honore priuandus etiam si Rex vel imperator fuerit: omnes quidem tenentur ei obedire eiusque mandatis obtemperare. nam ut habetur. 1. regum. 15. c. Peccatum ariolandi est non obedire/ et scelus idolatrie non acquiescere. Peccatum igitur paganitatis incurrit quisquis dum christianum se esse asserit: sedi apostolice obedire contemnit. c. si qui sunt in fine. 81. di. et. c. sciendum. 8. q. 1. Si quis prelato non obediit: hoc ipso eius est inimicus. 24. q. 1. quoniam vetus. 50. di. si quis preposterum. glo. notabilis in. c. si quis diaconus. §. ecce in verbo et inimicos eadem di. Idem enim est dominium dei et pape quantum ad mundi gubernationem: sicut eadem est iurisdicatio delegatis et delegati: sed de domino dei scribitur hester. 13. Tu enim fecisti celum et terras et quicquid celi ambitu continetur: dominus enim vniuersorum tu es: ergo et papa qui eius vicem gerit in terris similiter dominus erit vniuersorum: non solum super spiritualia: sed etiam super temporalia et super omnes homines mundi reges et principes etiam seculares: ut supra dictum est et tradit Augustinus de ancho. in libro de potestate pape et ecclesie q. 45. ar. 2. et archie. flo. 3. parte 11. 23. c. 4. §. 17. ergo poterit eos corrigere et si opus fuerit deponere. Nam si temporibus retro actis hoc facere poterit: multo fortius nunc facere potest: quia ecclesia per incrementa temporum semper maiori potestate utitur ut. c. displicet ad finem 23. q. 4. tenet Augustinus de anchona in. li. de potestate ecclesie. q. 37. ar. 5.

Papa significatur per montem synay.

Finis secunde partis.

c. iiii

Tertia pars.

Schismatici q̄ di-
cuntur.



Eniamus nūc ad terciā par-

tem/in qua ostendere promissimus qđ cardinales et alii qui ab huiusmodi ecclesie ⁊ capitis vnitare recesserunt/se ab alijs cardinalibus et ecclesie capite diuidentes etiam occasione reformationis ecclesie in capite ⁊ in membris satis necessarie eorumq̄ auxiliares defensores et adherentes / schismatici sunt ⁊ lese maiestatis rei et vt tales puniēdi. quod sic ostēditur. schisma est illicita diuisio per inobedientiam ab vnitare ecclesie facta: vt colligitur ex verbis beati hieronymi super epistolas ad galatas: q̄ ponuntur in. c. inter heresim. 24. q. 3. Hanc schismatis definitionem tanq̄ prestantiore amplectitur hosti. in summa ti. de schismaticis. §. quid sit schisma. schismatici autem volentes dei ecclesiam discindere: peccant in fide quo ad articulum illum: et vnā sanctam ecclesiam catholicam. ad hoc. 24. q. 1. c. aduocauit cū quatuor capitulis precedentibus. Verbum autē schisma grecum est: qđ latine scissuram dicit vt. c. schisma in prin. 24. q. 1. Cuius enim fides catholica et ecclesia vna sit: vt late in precedentibus dictus est: si quis ab hac vnitare recedat diuidēdo se a capite vel conuexione membrorum: diuisus est ⁊ schismaticus. Vestimentum namq̄ domini ideo scissum non fuit / sed de eo fortiti sunt 10. 19. quia ecclesia scindi nō debet sed tota in vnitare consistit vt dicit tex. in. c. sicut dñi vestimentū. 16. q. 7. Unde augustinus post glo. in preallegato. c. 19. Merito inquit vestis qua significatur ecclesia de super contexta perhibetur inconsutilis autē: ne aliquando dissiuatur. et ad vnum peruenit: qui in vnum omnes colligit. hec ille. Cōtra illos vero qui tunicam domini diuidere conātur se ab ecclesie vnitare diuidentes: insurgit ⁊ exclamat idem Augustinus in epistola ad seuerinū dicens. quasi diuisores vestimentoꝝ domini esse vultis ⁊ tunicam illam charitatis desuper contextam quā nec persecutores eius diuiserūt tenere cum toto orbe non vultis. et beatus ciprianus in epistola de vnitare ecclesie Quis (inquit) sceleratus ⁊ perfidus / quis sic discordie furore vesanus: vt aut credat scindi posse: aut scindere audeat vnitare dei / vestem dñi / ecclesiam christi: monet nos ipse in euāgelio et docet dicens. erit vnus grex ⁊ vnus pastor. hec ille. Et idem ciprianus in epistola ad corneliū ita dicit. Nec aliunde nata sunt schismata / quā cū sacerdoti dei non obtemperatur / nec vnus in ecclesia sacerdos ⁊ ad rēpus iudei christi vice cogitatur: cui scđm magisteria diuina obtemperaret fraternitas vniuersa: non discidio vnitatis christi ecclesiam scinderet. Et idem ciprianus in epistola ad forentiū sic ait: Inde enim schismata sic oriuntur dum ep̄s qui vnus est ⁊ preest: sup

Vestis domini.

Tertia pars.

ba quorūdam presumptione contēpnitur / et homo dignitate dei honoratus indignus hominibus iudicatur. Et idē ciprianus in epistola ad gratianum. Hec (inquit) sunt hereticorum initia et ortus atq̄ conatus schismaticoꝝ male cogitantium: vt sibi placeant: prepositus superbo tumore contēpnat: sic de ecclesia receditur: sic altare prophānum foris collocatur: sic contra pacem christi ⁊ ordinationē atq̄ vnitare rebellatur. Hec ille. Cuius sententię adheret pelagius papa in. c. non vos. 23. q. 5. dicens Quisquis ab apostolicis diuisus est sedibus: in schismate esse non est dubium. Nam vt inquit calistus papa in. c. non decet. 12. di. non decet a capite membra discedere: sed iuxta scripture testimoniū / omnia mēbra caput sequantur de cōsecra. di. 3. c. celebratē de prescriptio. c. cui nō liceat. itaq̄ ab vnitare eccleie recedere nullo modo licet vt inquit ciprianus. c. loquit 24. q. 1. Ad idē faciūt notabilia verba beati gregozij in. c. preceptis. 12. di. vbi dicit preceptis apostolicis non dura superbia resistatur: sed per obedientiā que a sancta Romana ecclesia ⁊ apostolica auctoritate iussa sunt: salutare implentur: si eiusdem sancte dei ecclesie que est caput vestre cōmunio habere desideratis. non nouū aliquid presenti iussione precipimus: sed illa que olim videtur indulta firmamus. Cum nulli dubium sit qđ non solum pontificalis causatio: sed omnis sancte spei romane ecclesie ⁊ religionis relatio ad sedem apostolicā quasi ad caput omnium ecclesiarū debuit referri: et inde normam assumere: vnde assumpsit exordium: ne caput institutionis videatur omitti. Cuius auctoritatis sanctionem omnes teneant sacerdotes qui voluerint ab apostolice petre (super quā christus vniuersalē fundauit ecclesiam) solidate cōuelli. Si quis hec apostolice sedis precepta non obseruauerit: percepti honoris esse hostis non dubitetur. Ad idē. 93. di. c. obedientiā vbi dicitur qđ summo pontifici ea debetur ob omnibus obedientia: vt nulli liceat ei comunicare / cui pro actibus suis ipse inimicus extiterit: nec in ecclesia esse poterit: qui eius cathedram deserit. Ad idē. c. rogamus. 24. q. 1. vbi dicitur qđ nulla est sedes que apostolice ⁊ romane sedis dictioni subiecta non sit: nec ab eius obedientiā ⁊ dispositione vos deuigare oportet ad quā cuncta maiora ecclesiastica negocia visa sunt referri. Ad idē verba Chrysostomi in. c. alligant. 26. q. 6. vbi inter cetera dicitur. Qui autem superiori obedire non vult: quomodo implet illud / principem te cōstituerunt: esto inter eos tanq̄ vnus ex illis. Quo modo tanq̄ vnus ex illis manet: qui inter obediētes inobediens: inter subditos rebellis existit. Certe probat se ex illis nō esse: qui renuit ex obediētibz vnus esse. Ad idē. c. cūcta per mūdū vbi oēs homines mundi summo pontifici obdirenentur. et in extrauagante: vnā sanctam: de qua supra habita est mentio. qui autē non obediērit vel

c v

Tertia pars.

se ab eius obedientia subtraherit: schismaticus erit. Et quibus omnibus colligitur quod non parere preceptis romani pontificis cum rebellionem: cum et pertinaciter quis precepta contemnit et iudicium superioris subire recusat: constituit schismatici rationem: ita notat de clarus beatus thomas 2. 2. q. 39. ar. 1. in solutione. 2. argu.

Patet hoc ultra predicta in schismate quod chore datan et abiron cum alijs coplicibus fecerunt: quod inde ortus est: quia subesse noluerunt moysi et aaron summo sacerdoti: ut habetur numeri. 16. late per Josephum antiquitatis iudeorum. li. 4. c. 2. Item patet ex schismate quod decem tribus fecerunt: eo quod rege suo contempto: alterum sibi constituerunt. scilicet hieroboam: ut habetur regum. 3. c. 12. Sicut ergo tunc discedentes vel se diuidentes a summo sacerdote vel rege schismatici reputabuntur: et schismaticorum penas luebant: sic et multo magis idem dicendum erit de illis qui a papa discedunt eum contemnentes: cum sacerdotium legis veteris sit figura christi sacerdotis summi legis noue: cuiusque vicarij secundum apostolum hebreorum. 7. et traditur in. c. translatio de constituto. dixi supra. §. precedenti prope finem. Discedere enim a papa esse capitale: est discedere ab unitate ecclesie: ut ex predictis satis patet et colligitur ex his que dicit apostolus Lollofen. 2. Inflatus sensu carnis sue et non tenens caput/ ex quo totum corpus per nexum et annexiones administratum et constitutum/ crescit in augmentum dei. Hoc autem caput est christus: cuius vicem in ecclesia gerit summus pontifex: ut sepe dictum est. Ideo schismatici dicuntur qui subesse rennuunt romano pontifici et qui membris eius sibi subiectis communicare recusant: ita dicit sanctus thomas 2. 2. q. 39. ar. 1. in solutione. q. in fine/ est bonus text. in. c. schisma. 24. q. 1. schisma quidem diuisionem importat/ charitatis unioni oppositam. vnde schismatici illi dicuntur: qui concordiam non seruant in ecclesie obseruatione ne ecclesie prelatis obediant/ volentes per se ecclesiam constituisse singulari. isti quidem a principio peruersum dogma non habent sed ab ecclesie fundamento recedentes/ in vaniloquium vertuntur et peruersum aliquod confingunt et sic in fine in heresim labuntur: vnde Hieronymus inquit quod heresis et schisma differunt sicut genus et species. Ista sunt notanda verba beati thomas 4. di. 13. q. 2. ar. 1. q. 1. in solu. 2. argu. vult allegare hieronymum super eplam ad galathas cuius verba transcribit gratianus in. c. inter heresim. 24. q. 3. vbi littera dicit. Inter heresim et schisma hoc esse arbitror: quod heresis peruersum dogma habeat: schisma post episcopalem decessione ab ecclesia pariter separatur: quod equidem in principio aliqua ex parte intelligi potest diuersim. Ceterum nullum schisma est nisi sibi aliqua heresim confingat ut recte ab ecclesia recessisse videatur. hec sibi. Et Augustinus in libro contra faustum distinguens inter heresim et schisma

De schismate datan et abiron.

De schismate tribuum israel.

Sacerdotium legis veteris.

Contra discedentes a papa.

Schisma quid est

Tertia pars.

ita dicit. Schisma est eadem opinatam ac eodem ritu colentem quo ceteri: solo congregationis delectari discidio. Heresis vero diuersa opinatur ab his que catholica credit ecclesia. hec ille. Schismatici ergo dissensionibus suis iniquis/ a fraterna charitate dissoluit: quantum ea credant que credimus: ut ait Augustinus in libro de fide et simbolo: et in libro contra donatistas. Non enim sufficit fides sola in formis ad hoc quod quis in ecclesia christi esse dicatur: sed requiritur quod maneat in unitate ecclesie: que attenditur ex ordine ad caput ecclesie: ut supra dictum est/ et ita quod subsit iuxta christi ordinationem capiti ecclesie. Ro. pon. hoc est quod dixit beatus Ciprianus in quadam epistola et habetur in. c. denique. 7. q. 1. vbi formaliter inquit. Quod homo eundem quem nos deus patrem eundem filium eundem spiritum sanctum nosse dicitur. scilicet schismatici: nec hoc tales adiuuare potest. Iam et chore datan et abiron cum sacerdote aaron et moysi eundem deum nouerant pari lege et religione uiuentes: unum et verum deum qui colendus atque inuocandus fuerat inuocabant: tamen quod loci sui ministerium transgressi/ et contra aaron sacerdotem/ qui sacerdotium legitimum dignatione dei atque ordinatione preceperat: sacrificia di sibi licentia vendicauerunt: diuinitus percussi/ penas statim pro illicitis conatibus penderunt: nec potuerunt rata esse et proficere sacrificia irreligiose et illicite et contra ius diuine dispositionis oblata. hec ibi. Que verba sunt satis notanda et ad propositum nostrum valde accommodata: decidunt enim quod licet huius schismatici auctores fautores et auxiliatores fidem teneant quam romana tenet ecclesia eamque colant/ et sequantur/ habeantque aliquas occasiones quibus a Romani pontificis obedientia recedant. scilicet preteritam ecclesie reformationem tam in capite quam in membris satis his temporibus necessariam: nichilominus tamen schismam et diuisionem faciunt in ecclesia dei: ab ipso ecclesie capite christi vicario temerarie recedentes: vnde schismatici sunt et schismaticorum pena veniunt puniendi. Quod etiam apertissime sentit beatus Hieronymus ad damasum papam scribens/ cuius verba refert Gratianus in. c. quonia vetus. 2. q. 1. prope finem vbi inter cetera dicit. Cum successore piscatoris et discipulo christi loquor/ ego nullum premium nisi christus sequens: beatitudini tue idest cathedre sancti petri communiore consortior. super illam petram fundatam ecclesiam scio. Quicumque extra hanc domum agnum comedit: prophanus est. Si quis in archa noe non fuerit: peribit regnante diluuium et infra. quicumque tecum non colligit: spargit: hoc est qui christi non est: antichristi est. hec sibi. que sumuntur ex his que christus in euangelio dixit luce. 11. Qui mecum non est: contra me est. et qui mecum non colligit: spargit. Ex quibus rebis patet neminem christianum posse neutralem esse schismatici tempore: cum omnes debeant ecclesiam et caput eius sequi. ille ergo qui eam non sequitur/ episcopus

Rota contra neutrales.

Tertia pars.

et aliqua colorata occasione: contra eam esse censetur: et quo ab eius capite discedit: quāuis eandem habeat fidem quā alij vt supra dictus est. non est ergo licitū immo dānatū obedientiam et reuerentiā ecclesie eiusq; capiti aliquo modo subtrahere/ dissimulādo/dilatādo/expectando: vel neutri partū adherendo/ osuspēdendo forsan vsq; ad futurū euentum. ad hoc bonus textus in. c. non nos. 23. q. 5. teneant ergo tales si placet fidem nostrā: nichilominus tamē schismatici sunt: et vt tales merito puniendi. Idem in effectu voluit ambrosius super epistolā ad thīm. c. 3. Scribo (inquit) tibi vt scias quomodo ecclesiā ordines: que est domus dei vt cum totus mundus/dei sit ecclesia: tamē domus eius dicatur/cuius rector hodie est damasus: mundus namq; priuaticationis est diuerso turbatus errore: ideo illic necesse est dicatur esse domus dei et veritas: vbi scdm voluntatē suā tmetur. hec ille. Et beatus hieronimus scribēs ad damasū papā vt habet in. c. hec est fides. 24. q. 1. Hec est (inquit) fides beatissime pater quā semper tenuimus in qua si minus perire aut parū caute forte aliquid positū est: emēdari cupimus a te qui petri sedem et fidem tenes. Si autē hec nostra confessio apostolatus tui iudicio cōprobatur: quicumq; me culpāre voluerit: se imperitū vel maliuolū vel etiam non catholicū sed hereticum comprobabit. Hec hieronimus vbi supra/sentiens vnum admiratiōe dignū/qd in his que fidei sunt: solum Romanus pontificem spectat diffinitio/et ipso approbante/non est qui reprobare queat: super quo tamē amplius esset cogitandū: omitto qz non est presentis speculationis. Ab ipso ergo Romano pontifice christi vicario ecclesie capite et plenitudinē potestatis habete: non licet cardinalibus subpretextu reformationis ecclesie/temerarie recedere. in tantum est enim attributa pape plenitudo potestatis: qd cardinales et alij fratres sui non debent erigere calcaneū contra eum: quia monstruosum esset/ qd subdit habeant potestatem in dominos. ff. de mīno. l. minor autem magistratus de mayo. et. o. c. cū inferior. Qd si fieret: vestis domini inconutilis: passa fuisset scissuram/ vel sectionem. ita dicit hosti. quāuis cardinalis esset in. c. per venerabilē. §. Sane qui filij sunt legitimi. Et in signū huius superioritatis rome potius quā alibi voluit dñs ecclesie caput stabilire scdm eum vt latus retuli supra. §. 4. partis secūde. vnde cardinales alijq; prelati discedētes ante tempus ab obediētia apostolice sedis etiam si papa dicatur hereticus: dicuntur schismatici et vt tales sunt puniendi: vt est textus in. §. hinc autē. 17. di. et ibi notat dominicus dicens hoc facere cōtra cardinales qui recesserunt a ciuitate pisana antequā gregorius duodecimus fuisset depositus a cōcilio pisano. refert Jo. de anania in ru. de schismaticis. pe. co. et pēpositus alexandrinus in dicto. §. hinc autem. Cum autem cardinales illi de

Cōtra cardinales

Tertia pars.

quibus agimus se diuiserint ab ecclesie vnitāte: que in duobus consistit. primo in membroz ecclesie: idest fidelū ad inuicē cōnexionē. secūdo in eozūdem ordine ad vnū caput christi. s. vicarium: inde merito infertur necessarioq; concluditur schismaticos fore et vt tales iuste fuisse punitos qui summo pōtifici subesse membrisq; ecclesie subiectis cōmunicare noluerunt. A cardinalibus enim hoc schisma principiū habuit: sicut et omnia preterita si recte examinētur: vt firmat beatus hieronimus dicēs: veteres perscrutās historias inuenire nō possūz alios scindisse ecclesiaz dei et de domo dñi in populos se diuisisse/ preter eos qui positi sunt domini sacerdotes et pphete idest speculatores: hī veritatur in laqueū tortuosum ponētes scandalū in omni loco. hec habentur in. c. trāserunt. 24. q. 3. vt enim inquit Augustinus: sunt in ecclesia quidam prepositi de quibus apostolus dicit: sua querētes non que iesu christi. quid est sua querētes: non christū gratis diligētes: non deū propter deū querentes: temporalia cōmoda cōsequētes/ lucris inhiātes: honores ab hominibus appetētes. 8. q. 1. c. sunt in ecclesia. Cōtra hos inuehit ezechiel. 34. vt inquit pastoribus q; pascebant semetipos qui scilicet propter propria cōmoda perniciose suscitant schismata in ecclesia dei. Rex autem francoz huius schismatis auctor vt in casus narratiōe dicit: similiter est schismaticus. Qd per nūcios suos ad hoc specialiter deputatos corā Leone papa moderno confessus est abiurans (sicut predicti cardinales fecerūt) et detestans quicquid in pisa no conuenticulo actus est: approbans omnia et singula que in lateranensi sacro cōcilio generali acta et decisa fuere. Vnde tam de rege francoz q; de cardinalibus predictis non est amplius insistendū: cum ipsi sua sponte et voce delictū suū confessi sunt: erroris veniam postulātes. itaq; contra suā confessionē non sunt amplius audiendi vt. l. generaliter. C. de non in. pe. c. per tuas de proba. De rege autem et de regina nauarre similiter dicendū est: q; schismatici sunt ex eo q; regi francoz schismatico se iunxerunt sedusq; cum eo inierunt et contra summū pōtificem conspirauerunt/ ita vt merito de eis dici potest illud psal. 2. transumptiue in. c. si ecclesia. 23. q. 4. Astiterūt reges terre et principes cōuenerūt in vnū aduersus dñm et aduersus xpm eius. fautores enī ad herētes et sequaces schismaticoz: schismatici sunt et vt tales merito puniendi: vt dicit textus in. c. vno de schismaticis li. 6. similiter sunt lese maiestatis rei: vt dico infra parte. 4. §. 1. sunt enī cooperatores in delicto et per cōsequēs pari pena sunt puniendi vt. c. 1. de offi. de. c. sicut dignū de homicidio. l. quomā multa. C. ad legem juliā de vi. publica. glo. nota. in de. 1. de penis in sūbo defensauerit: cū cōcordātijs. vnde quicquid iuste potest fieri contra principales: potest etiam contra adherentes et complices vt in preallegatis iuribus. tenet expresse Asten

Conclusio.

De rege francoz.

De rege nauarre.

Tertia pars. §. I.

sis in suma l. 2. ti. 64. ar. 7. co. 2. facti. l. non dubito. ff. de captiuis. de quo latius in quarta parte. §. 3. dicemus.

Non obstat predictis textus in preallegato. c. vno. §. nichilominus omnes de schisma. l. 6. vbi fautores et auxiliares schismaticorum solū modo excommunicantur: quia scdm archi. et alios illa decisio fuit reuocata per Benedictū undecimū. vel aliter et forsan melius ibi Bonifacius octauus expressis nominibus principalium delinquentium: eorum fautores et sequaces deducit in processu et sententia sub generalitate: et sic nominibus non expressis. quod an fieri possit de iure satis est dubium vt tradit per Inno. et alios in. c. certificati et in. c. in nostra de sepul. scdm pe. de ancha. in. d. c. vno. in. 3. notabili. vnde merito fuerunt leuius puniti. In casu autē nostro processus particularis factus est contra predictos regem et reginā nauarre tanq̄ contra schismaticos et lese maiestatis reos: iccirco sicut tales merito fuerūt puniti: vt ex predictis satis patet. et colligitur ex quadā extrauagāte Clementis quinti incipiente ad certitudinē que hodie repetitur sub ti. de sen. ex. de qua infra in quarta parte. §. 1.

§. I.

Oppositio.

En metus perditionis bonorum ex calet.

Nec eos excusat dicere qd ipsi nunq̄ discesserunt ab ecclesie vnitatem inno fidem nostram semper tenuerunt ipsūmque iulium papā vt ecclesie caput coluerunt et venerati sunt. si autē regi francoꝝ pape resistenti adhaeruerūt: non quidem ea intentione: vt papā lederent vel ei resisterēt: sed potius ne bona sua que in regno francie et prope tenebāt perderēt: puta dominū de bearnie et ipsūmet regnū nauarre. Unde non videtur sibi imputandū ad schisma/etiam si indirecte pape resistant: cum sua principalis intentio fuerit bona sua conseruare et illa non perdere. Non enim omnes resistentes pape quocumq̄ modo sunt schismatici: sed illi qui per spontaneam intentionem ac manifestam rebellionē et eius iudicialis sententie recusationē ipsū nō recognoscēdo vt caput ecclesie: sed si per alicuius commodi repositis affectionē vel periculi evitacionem resistat quis preceptis pape et non obediat: talis est grauitur peccet/ non tamē dicitur schismaticus: ita dicit archiep̄us flo. 3. parte. ti. 23. c. 4. §. II. incipit de schismaticis. Ad cuius confirmationē facit qd notanter voluit idem archiep̄us flo. 2. parte. ti. 12. c. 6. vbi post Ray. dicit qd si fidelis fidei mente teneat: aliquē tamen actum infidelitatis facit/puta si reuerentiā idolis exhibeat propter amorem mulieris/ sicut fecit salomon dñs suarū vxorū: vt habetur. 3. regis. c. II. transumptiue. 3. q. 7. §. salomon et. 32. q. 4. c. salomon: non propter hoc apostata vel hereticus iudicandus est. hoc voluit raymundus in suma. l. parte. ti. de apostatis. n. circa istas apo

Tertia pars. §. I.

stas licet non ita late loquat vbi dicit: qd si aliquis christianus restet in ciuitate sarracenorum et profiteatur machometum nuncium esse dei sicut machometi faciunt ad laudem et venerationem illius que colunt et venerantur pro sancto: vel osculatur sepulchrum almaodi quasi ex reuerentia ac si esset sanctus: vel in publico se gerat pro sarraceno: et in occulto pro christiano et hec faciat verbo tantū vel profiteatur propter metum: sed in corde in nullo deuiat a fide: nec dicit eum apostatam nec hereticū: nec excommunicatū: peccat tamen mortaliter quātuscūq̄ sit metus vt ibi per eum. Idem ergo dicendum de eo qui ex alta causa vt puta libidinis aliquid illicitū et prohibitū fecit vt de adoratione idolorum diximus. Ad hoc bene facit glosa nota. scdm abbatē ibi in. c. tuaz in verbo signatos in fine de p̄uile. que singulariter vult: qd qui libidinis causa simulat se monachū: non obligatur ad monachātū saltem in foro conscientie. bene facit. c. tua de sponsa. Integritas ergo intentionis magis quā factum in hoc attenditur. pari ratione idem videtur in casu de quo agimus. Prefertim cum hoc faciāt iusto metu ducti. s. ne perdant honore et bona sua vel eorum maiorē partem. metus enim perditionis omniumq̄ rerum vel maioris partis: reputatur iustus vt. l. I. c. si nō iussu principis et. l. pe. c. qd metus causa. c. abbas. eo. ti. scdm inno. in. c. cum dilectus eo. ti. super verbo mortis. Idem tenet hosti. in suma eo. ti. §. qualiter metus ver. inuenio tamē allegat. l. propter litem. ff. de excusa. tu. habetur insti. eo. §. item propter litem. bene facit textus in. l. fi. c. de reno. dona. metus ergo perditionis patrimonij reputatur iustus sicut timor dānni in persona vt dicit bal. in. l. non est verissimile. §. si fenerator. ff. qd metus causa. et in. l. interpositas. c. de transactis post Lynum et alios antiquos. Et inde est qd timor perditionis instrumentorum omnium bonorum vel maioris partis ipsorum: est iustus metus sicut quādo infertur timor mortis vel pena capitalis. ita dicit bal. in. l. isti quidem. §. si is. ff. quod metus causa. Unde si potestas vel tyrannus dicit facias michi instrumentū mille florenorum vel alterius promissionis alias venias ad comburendum domum tuam: reputabitur iustus metus scdm qualitates personarū et rescindetur instrumentū si metus imminēbat sicut rescinderetur si esset metus mortis vel corporis cruciatus. ita dicit Bal. in. d. l. interpositas. et sequitur alij moderniores reputantes hoc valde notabile. Sequitur etiā vitalis in libro clausularū in clausula de metu rerū. et inde est qd si vassalus copulasset amicitiam cum inimicis dñi iusto timore ductus: excusaretur a perditione feudi. ita notanter ad propositum dicit martinus de laude in. c. I. in ti. quibus mo. feudū amittitur libro feu. quem refert et sequitur Jacobinus in tractatu feudoꝝ. fo. 31. co. 3. n. quinta causa principalis. alias in parte dicitis

Tertia pars. §. 2.

vassalli promiserunt non comittere feloniam co. s. mouetur ipsi per tertium notabile in. l. nouissime. ff. quod falso tuto. aucto. vbi ille qui tutor non esset: si compulsus aut metu ne compelleretur auctoritate ac comodauerit: excusatur. que textu bal. ibi trahit ad multa de quibus ibi per eum. Si enim rex et regina non adhererent regi francozum pro vt rex sibi precepit vel saltem rogauit: indignatus caperet eis dominium de bearne: quod intra regnum gallie vel prope consistit. et consequenter honoris periculum incurrerent. Periculum autem honoris equiparatur periculo vite vt sentit Bar. in. l. vt vim. ff. de iusti. et iure. Unde glosa in. §. suspectus in ver. ob culpa iusti. de suspectis tutori dicit quod sicut culpa non equiparatur dolo: vbi agitur de periculo vite: ita vbi agitur de periculo honoris: quod est notandum. bene facit textus in. l. iulianus. ff. si quis omnia causa testam. cum dicit. non enim caret dolo pater qui honore proprio omisso propter compendium alienam institutionem maluit. Unde metus regis superioris et tante potestatis: iustus reputabitur: cum presertim solitus sit male tractare non obtemperantes: vt volunt docto. bar. et alij in. l. que onozande. ff. quarum rerum actio non datur per Abb. et alios in. c. causam matrimonij de offi. de. et in c. si. qui clerici vel vouentes. notatur in. l. ad inuidiam. c. quod metus causa/ et in pluribus alijs iuris vulgaribus. Ista ergo videntur reges ipsos a schismate excusare et consequenter a schismatis pena.

§. 2

Schismaticorum genera.

Ad ista enim faciliter responderi potest:

Ita secundum Augustinum in libro de questionibus euangeliorum: tria possunt distingui genera schismaticorum. Aliqui enim sunt schismatici intentione non operatione: quicumque enim ita inuident bonis vt querant occasionem excludendi eos vel crimina sua sic defendere parati sunt si obiecta fuerint vel probata: vt etiam conuenticulorum segregationes vel ecclesie perturbationes facere cogitent: istos schismatici sunt: et ab unitate ecclesie corpe decessi: etiam si non inuentis occasionibus aut occultis factis suis sacramento ecclesie corporali conuersatione societur. Aliqui vero sunt schismatici operatione/ sed non intentione: quia per se non intendunt se ab unitate ecclesie diuidere: propter tamen aliquod commodum teporale consequendum vel periculum euitandum conuenticulorum segregationes faciunt: ac per hoc schisma incurrunt et schismatici censeseri debent: Quia sicut voluntas coacta vel mixta voluntas est: vt. c. merito queritur. 15. q. 1. cum coacta. ibi positus in glo. super verbo vult et probus hoc probat. 3. et hinc: sic effectus sequens est causa per accidens/ effectus est. Sed alij sunt schismatici intentione et operatione. Ista sunt notanda verba augustini de anchona in libro de potestate ecclesie

Tertia pars. §. 2.

ste. q. 26. ar. 1. in corpore questionis/ refert et sequitur archiepiscopus floren. 3. parte. 11. c. 4. §. 12. Et quibus omnibus patet quod rex et regina nauarre et si rectam fidem nostram teneant et sequantur ipsius Romanum pontificem in capite ecclesie recognoscant: propter metum tamen regis francozum et perditionis honoris vel bonorum francozum regi adhererunt: sed usque cum eo inierunt contra ecclesiam romanam Romanumque pontificem: non excusantur a schismate nec a lese maiestatis crimine. quia per nullo metu mundi debuissent a veritate et unitate ecclesie eiusque capite discere: et peccatum inobediencie committere: vt est textus valde singularis et ad propositum nostrum satis accomodatus in. c. correcta. 24. q. 1. vbi iulius papa orbis episcopis scribens sic ait. Nolite propter vllam perturbationem recedere a recta fide et ab apostolico tramite: scientes quod iuxta saluatoris sententiam beati sunt qui persecutiones patiuntur propter iusticiam. facit. c. quecumque eadem cau. et. q. ibi dum dicitur. vinculis peccatorum absoluti non possunt qui a societate petri quomodolibet se segregauerint. Ecce dicit quomodolibet vt omnem causam etiam iustum metum comprehendat. nulla ergo animi perturbatio nullusque metus excusat discedentem ab ecclesie unitate et romani pontificis obedientia cui urgente fide obedire omnes cogimur vt late in precedentibus dictum est. ecclesiam enim christi que non litigiosis opinionibus fingitur: sed diuinis attestationibus comprobatur: propter quemlibet hominem relinquere non debemus: quia bonum est confidere in domino/ quam confidere in homine. psal. 117. Ita dicit beatus augustinus in libro de correctione donatistarum ad bonifacium. c. 3. propter metum ergo regis francozum: nec propter timorem perditionis bonorum: rex et regina nauarre non debuerunt ecclesiam sanctam immaculatam afflictam indefensam relinquere: eius impudenter et inuerecunde terga dare cum tam graui animarum suarum damno et periculo. Nemo enim iustus esse potest quamdiu ab ecclesie unitate respectu capitis vel membrorum est separatus: vt inquit apostolus ad ro. 12. Quomodum enim membrum si precipitatur ab hominis viui corpore: non potest tenere spiritum vite: sic homo qui precipitatur de christi iusti corpore: nullo modo potest spiritum tenere iusticie etiam si figuram membri teneat quam sumpsit in corpore. Ita dicit augustinus in libro de correctione donatistarum ad bonifacium comite: transcribitur per Gracianum. 23. q. 7. c. queamndum: nullus enim metus excusat a peccato. c. sacris de his qui vt metusue cau. sunt. Ad hoc nos monet saluator Mathei decimo capitulo. Nolite inquit timere eos qui occidunt corpus: animam autem non possunt occidere: Sed potius timete eum qui potest animam et corpus perdere in gehennas: Ubi christosostomus non solum ille preditor est veritatis: qui transgre-

Metus non excusat a schismate.



Tertia pars. §. 2.

diens veritatem palam pro veritate mendacium loquitur: sed etiam ille qui non libere veritate pronunciat: quam libere pronunciaré oportet: aut non libere veritatem defendit: quam defendere convenit. hec ille. Et habetur in c. nolite timere. 11. q. 3. unde Augustinus ad casulanum. Quisquis metu cuiuslibet potestatis veritatem occultat: iram dei super se provocat: habetur in c. quisquis. 11. q. 3. Sepe enim rectores improvidi humanas amittere gratias formidantes: loqui libere recta pertimescunt. Et ait Gregorius in 15. sui pastoralis et habet in c. sit rector. 43. di. Metus ergo perditionis vite/honoris/vel rerum non excusat a peccato ut dicitur turibus. Unde marcellinus papa qui adeo fuit a paganis compulsi: ut templum eorum ingressus grana turis super pallas imponeret: sed illa compulsió cum ab heresi non excusavit ut dicitur in c. nunc autem. 21. di. Nec similiter excusatur pilatus qui christum innocentiám agnoscens ne cesaris indignationem incurreret: et officium honoris/quod ab eo tenebat/sibi subtraheret: christum cruci affigi fecit. Contra hos exclamat beatus Gregorius. 19. li. moralium dicens. Omnes huius seculi dilectores in terrenis rebus fortes sunt: in celestibus debiles: nam pro temporali gloria usque ad mortem desiderare appetunt: et pro spe perpetua nec parum in labore quidem subsistunt pro terrenis lucris quavis iniurias tolerant: et pro celesti mercede vel remissi verbi ferre contumelias recusant. terreno iudicio toto etiam die assistere fortes sunt: in oratione vero coram domino vel unius horae momento lassantur: sepe nuditatem dejectionem famem pro acquirendis divitijs atque honoribus tolerant: et earum rerum spe se per abstinentiam cruciant: ad quas adipiscendas festinant: superna autem laboriose querere tanto magis dissimulant: quanto magis ea retribuere tardius putant. Hi itaque quasi malarum arborum more deorsum vasti sunt/sursum angusti: quia fortes in inferiora subsistunt: sed ad superiora deficiunt. atque contra ex qualitate palmarum designatur proficiens vita iustorum: qui nequaquam sunt in terrenis desiderijs fortes et in celestibus debiles: sed longius atque distantius studiosos magis deo se exhibent quam seculo fuisse meminerint et cetera que sequuntur habentur in c. omnis. 47. di. Potius enim debet quis omnia mala pati quam mala consentire vel malum facere. c. super eo de viuris. c. eos. 4. di. et dicto. c. ita ne. 32. q. 5. Satius quidem est fame mori quam idolatricis vesci: ut ait Augustinus in libro de bono conjugali transcribitur in c. sicut satius. 32. q. 4. de iure enim canonico vel de iure divino metus etiam iustus: qui potuit cadere in constantem vinum vel mandatum domini vel superioris: non excusat: quia potius debet quis conservare vitam anime quam corporis. nam committendo peccatum mortale/moritur anima: sustinendo vero gladium/moritur corpus. Quinimmo vir perfectus potius debet pati mortem corporalem: quam

De marcelino.

De pilato.

Contra negligentes res spirituales

Metus non excusat a peccato.

Tertia pars. §. 2.

peccatum veniale committere. Quia peccatum veniale opponitur feruor charitatis ut traditur per glo. in probemio li. 6. Vir autem perfectus magis debet eligere corporis interitum caduci et mortalis: quam feruor charitatis quam habet in deum perdere bene facit quod notat in c. que rit. et c. nequis. 22. q. 2. Ita dicit abbas per illum textum in pallegato. c. sacris. Hinc est quod clerici non seruantes interdictum ad metum vel compulsionem superioris: non excusantur. Ita notat decidit do. cardi. in cle. grauis de sen. exco. in. 7. q. pro quo allego textum expressum cuius ille non fuit memor in c. si. de exce. prela. et istud teneo quicquid dixerit Bal. in l. nouissime. §. 1. ff. quod cum falso tutore. Hinc etiam est quod si habens uxorem de adulterio suspectam precipit seruo vel familiari: quod eam interficiat/alias minatur sibi mortem: Seruus non debet parere: et si pareat et occidat: non excusatur ab homicidio. ita notanter decidit abbas in d. c. sacris co. 2. reprobata opinione Lyni et aliorum in l. 1. c. unde vi. et bal. in c. 1. §. iniuria de pace iura. fir. et moderno in c. 2. de homicidio: qui contrarius tenebant. Hinc est etiam quod si accusatus vel inquisitus de delicto positus in tormentis: tormentorum metu confiteatur delictum: quod non commisit: et ex hac causa decapitatur/ nisi hoc in extremo saltem vite reuocauerit/ videtur in peccato mortali decedere: et consequenter ecclesiastica carebit sepultura. ita mirabiliter decidit abbas in c. ex parte. 2. de sepul. in prin. et videtur satis rationabile: nam sicut non licet falsum dicere testimonium contra alium ut in c. 1. de crimine falsi: ita nec contra seipsum: sicut dicitur in simili de occidendo se ipsum: ut c. sicut non licet in primo. 25. q. 5. Idem de clerico percuciente se ipsum: nam incidit in excommunicationem ac si alium clericum percussisset ut tenent docto. in c. contingit in primo de sen. exco. et ibi abbas in quarto notabili/ idem tenent docto. in c. 1. de vita et honestate clericorum. li. 6. quos refert et sequitur martheus in tractatu de extensione iurium co. ante pe. Idem tenet iacobus doctor antiquus in §. iuris precepta instituta de iusti. et iure prout refert ibi io. fabri ad hoc bonus text. in c. si quis absciderit. 55. di. ubi dicitur quod si quis amputauerit sibi virgilia: non fiat clericus: quia sui est homicida: et dei conditioni inimicus et ibi per prepositum alexandrinum. Idem dicendum est de eo qui in iudicio constitutus metu pene veritatem negat: nam iste eodem modo grauius peccat secundum abbas in d. c. ex parte. et in c. 1. post prin. de testibus cogendis. Inducit ad hoc quod voluit bar. in l. relegati in prin. ff. de penis ubi dicit quod si aliquis est iuste ad mortem damnatus et fugit: peccat. Si autem peccat: non debet fugere: immo potius omnia mala pati. Ad hoc glo. notabilis et ibi docto. in cle. pastoralis de reuudi. Hinc est quod testem falsum metus non excusat ut nota. 15. q. 5. c. auctoritatem in glo. magna secundum bal. in l. data opera. c. qui actu. non po. co. 13.

Contra clericum violentus interdictus propter metum.

Nota illum textum

De seruo aliquod illicitum faciente propter metum domini

De illo qui metu tormentorum falsus confiteatur.

De illo qui propter metum veritatem negat.

o ij

Tertia pars. §. 2.

Superiori parendum est.

Ita ergo videtur dicendum in casu nostro ut reges ipsi Nauarre potius debuissent exponere se omni rerum et personarum periculo/ q̄ cōtra ecclesiam ire. Magis enim debuissent obedire deo ecclesie et romano pōntifici christi vicario: quā regi francoꝝ. Actū. 5. c. Nam si aliquid mādat procurator et aliud proconsul: obediendus est proconsuli. Et si aliquid mandat proconsul et aliud imperator: obediendus est imperatori/ non proconsuli. Ita dicit glo. notabilis. Ro. 13. Est textus et. c. si dñs in. c. qui resistit. 11. q. 3. 7 in. c. que cōtra mores. 8. di. Ad idem text. in. l. contra pupillā in fi. ff. de reudi. vbi is qui ad manus auditorium vocatus est: si litem inchoatā deseruit: contumax non videtur. Quia semper superiori obediendum est/ 7 obtemperandū: vt ibi dicitur et in. c. cum teneamur de appella. cum concor. ibi positis. Adus ergo regis francoꝝ vel perditionis honoris seu bonoꝝ vel maioris partis eorum non habuit: Reges ipsos excusare vt clare patet etiam dicitis et tenet expresse hosti. in sūma ti. de peni. et remi. §. quibus 7 qua liter versiculo quid de rapina. vbi dicit: qđ non excusatur quis si dñm adiuvat in bello iniusto propter timorem amittendi feudi vel incurrendi damnum aliud tēporale. 32. q. 5. c. ita ne. Cum autem bellū ex parte regis francoꝝ et schismaticoꝝ esset iniustum: vt late in precedentibus dictum est: non debuerunt reges ipsi se confederare cum eis in preiudicium ecclesie/ nullusq; mens eos excusare potuit: presertim cum omnis mens abesset: eo qđ sacra vestra maiestas policebatur se eis fauorem et auxilium laurū contra regem francoꝝ et quemcumq; alium volentem eos offendere. Ex quibus omnibus necessario concluditur: qđ tam reges ipsi nauarre q̄ rex francoꝝ et Cardinales predicti eorumq; fautores auxiliatores 7 defensores fuerunt schismatici et lese maiestatis rei et vt tales merito puniendi.

Finis tercię partis.
Incipit quarta pars.

Conclusio.

Quarta pars.



Incipiamus de quarto

articulo. s. de schismatici grauitate 7 pena. volens enim deus nobis ostendere qđ horrendum et detestabile sit hoc crimē: Choꝝre Barban 7 Alirō Schismaticos eo qđ Alaron sūmo sacerdoti debitam reuerentiā denegarunt ab eo recedentes: nouo quodam mortis genere eos puniuit: aperies nāq; terra os suū deuorauit eos cū tabernaculis suis 7 omni eoz substātia: descēderuntq; vni in infernū operti humo: et perierūt de medio multitudinis: vt legit numeri. 16. c. 7 psalmo. 105. Preterea cū post mortē Salomonis regis iudeoz regnasset et duodecim tribus israel Roboā eius filius obtineret: decem tribus eū reliquerūt/ fecerūtq; schisma 7 adheserūt Hieroboā/ regem eū sibi cōstitueres. Quas obrem tāta dñi indignatio extitit aduersus illos qđ schisma fecerūt: quod demolitus est eos: 7 dedit in direptionē donec abiceret eos a facie sua: quia dissipatus est israel a domo dauid. Et abdon propheta missus est a dño ad hieroboā ad exprobandū sibi peccatū schismatici/ prohibē est apud illos schismaticos panē comedere/ et aquā bibere: qđ quia non seruauit: morsu leonis in itinere necatus est. Cōtinētur ista. 3. li. regū. c. 13. trāsumptiue in. c. deniq; 7. q. 1. Ex magnitudine autē 7 grauitate pene qua deus tūc tēporis priora delicta puniuit/ et cauēda ac fugiēda mōstrauit: apparet delictoz grauitas. nam pena debet esse delicto cōformis vt. l. respiciendū in principio. ff. de peni. 7 in. c. felicis eo. ti. li. 6. cū multis similibus. Quis enim tā dubitauerit hoc sceleratius esse cōmissus/ qđ grauius est vindicatus vt inquit Hieronimus in. c. non asseramus. 24. q. 1. Unde beatus Augustinus ad emeritū de hoc crimine schismatici ita loquitur. Quanti autē diuino iudicio pēdatur hoc facin? lege qđ relegisse nō ambigo. inuentes autē Barbā 7 Aliron hiatu terre deuoratos: ceteros omnes qui et cōsenserūt: igne de medio eoz exeunte cōsumptos. illud ergo scelus ad exemplū deuotandū dominus deus presenti supplicio demōstrauit: vt cum talibus patientissime parcat/ quale vltimo iudicio restaret/ ostēderet. hec ille. Idem licet sub alijs verbis voluit beatus Hieronimus in dicto. c. no asseramus: et ciprianus in. d. c. deniq;. Sacriligiū ergo schismatici omnia delicta transgreditur: vt inquit Augustinus cōtra eplam parmenia. Quapropter beatus Ciprianus schisma idolatrie comparauit/ refert eum Augustinus li. 4. contra ctesianū gramaticū: et in epistola cōtra Severinum ita loquitur. Quare diuinos vestimētōꝝ esse vultis 7 tunicā illā charitatis desuper cōceptā

De schismatici grauitate.

De schismate data.

De schismate tribuum.

Schisma dicitur sacrilegium.

Quarta pars. §. I.

Schismaticus est hostis.

Conclusio.

quā nec persecutores eius otulerunt tenere eūz toto orbe non vultis? Idem in effectu dixit cyprianus in quadam epistola de unitate ecclesie cuius supra habita est mentio. Quid plura? Schismaticus/alienuus est/prophanus est/hostis est/habere non potest deum patrē: qui vniuersalis ecclesie nō tenet unitatē. Ita dixit sedē Ciprianus in quadā sua epistola: et habet in. c. alienus. 24. q. 1. Ecce quōd schismaticū dei hostē appellat quia tunicā domini incōsullem: quā pilati milites nō fuerūt ausi scindere: schismatici xp̄i crucifixionibus crudeliores effecti scindere conātur. Quapropter eoz sacrificia tanq̄ inimicorū deus ipse odit/ et proicit: ut inquit Amos propheta et habet. c. odi. 24. q. 1. Et quibus omnibus apertissime demonstratur schismatis grauitas. Nam inter peccata que fiūt in proximiū: schisma est maximū: quia contra spūale multitudinis bonū et cōtra christianorū quietē et tranquillitatē ut p̄ beatus thō. 2. 2. q. 39. ar. 2. et per augustinū de anchona in li. de potestate ecclesie. q. 25. ar. 4. et per archiep̄m flo. 2. parte ti. 3. c. II. §. I. et per cardinalem sancti firi in li. de potestate ecclesie quarta parte. c. 8. Quibus addo bedam super matheū dicentē. Quicumq̄ ab unitate fidei vel societate petri apostoli quolibet modo semetip̄os segregauerint: tales nunc nec vinculis peccatorum solui/ nec iamias possunt regni celestis ingredi. Nec ille: et reperiuntur ista verba in. c. quicumq̄. 24. q. 1. Itē cyprianus in. c. didiscimus eadem causa et. q. Cuncti schismatici quia foris sunt idest extra ecclesiam: spiritum sanctum non habent. Idem repetit in preallegato. c. alienus ut supra retuli. Et cum schisma graue dānosum periculosum ac detestabile peccatū sit: graui animaduersione est dignum. Nam scōm mensurā delicti debet esse plagarū modus. deutrono. 25. c. et. c. felix. §. ceterum de penis. li. 6.

§. I.

Pena schismaticorum.

Pena que pro schismate a iure reperitur imposita est: primo enī schismatici ipso iure sūt excoīcati. 23. q. 5. de ligurib⁹. c. 2. de schisma. Et cōsequēter eis cōicandū non est. c. a nobis de excep. cū similib⁹. et merito eis nō cōicatur: quia per ea q̄ quis peccat: debet puniri: ut dicit Sapiētie. II. c. et. c. quāto. de trāssa. pre. c. litteras de tēpo. ordi. c. cū olis magister de offi. de. c. 2. de rebus eccle. nō alie. c. pastoralis in fi. de iure patro. c. ad liberandā de iudeis. Cū autē schismatici ab eccleie et mēbroz suoz unitate et cōione separēt se: cōueniens est quōd eis non cōmunicetur: ut declarat beatus thō. 2. 2. q. 39. ar. 4. refert et sequitur archiep̄s flo. 2. parte. ti. 3. c. II. §. I. co. 2. Cardinalis sancti firi in summa de potestate ecclesie. 4. parte. c. 8. De his intelligendū est quod scribitur numeri. 16. Recedite a tabernaculis hominum impiorū: qui. s. schisma faciunt: et nolite tangere quod ad eos pertinet ne induamini peccatis eozum etc.

Quarta pars. §. I.

Secundo schismatici puniuntur pena depositionis/ priuātur enī dignitatibus suis. 23. di. c. In nomine dñi. de scisma. c. vno. li. 6. publicātur etiā eoz bona ut. d. c. de ligurib⁹ et in preallegato. c. vnico de schismaticis li. 6. Quōd sapienter cōstitutū est. Nam cū schismatici eozumq̄ se quaces recusent ecclesie capiti subesse: merito a sua dignitate deponuntur: ut nō sint aliorū caput ut per beatū thō. et alios vbi supra. Et propterea Bonifatius octauus Jacobū et petrū de coluna Cardinales schismaticos ab omni cardinalatus comodo et honore deposuit omni busq̄ beneficijs dignitatibus/ et prelaturis perpetuo priuauit/ reddidit etiā inhabiles ad habenda: cunctis eozū bonis mobilibus et immobilibus/ iuribus/ actionibus ac iurisdictionibus publicatis/ expositis insuper eoz personis capiendis: ut hec latius continentur in preallegato. c. vnico de schismaticis li. 6. Fateor tñ quōd benedictus vndecimus eos postea restituit exceptis cōfiscationibus/ in quibus nichil immutauit/ ut habetur in extrauagāte benedicti: que hodie reperitur inter extrauagātes cōmunes sub titulo de schismaticis. incipit dudū bone memorie: per hoc tamen non correxit penas in. d. c. vno cōtentas. Sunt preterea schismatici lese maiestatis rei tanq̄ in supremū oīm regū et principū regē ac principē conspirātes: ut in precedentibus dictum est: et tanq̄ lese maiestatis rei schismatici non habēt filios in potestate: ut dicit bal. in. l. nam et ciuili. ff. de his qui sunt sui vel alieni iuris: refert jo. de anania in rubrica de schismaticis pe. co. vnde rex frācorū huius schismatis auctor cardinales etiā schismatici/ qui cōtra ecclesiam et Romanū pontificēz cōspirarūt: huius criminis indubitanter rei sunt: ut. l. i. ff. ad legē iuliā maiestatis. et. l. quisquis. c. eodez. Rex autē et regina nauarre in hoc crimen similiter inciderūt: eo quōd sedes inierunt/ et amicitia cōciliarūt cū rege francoze ecclesie inimico: ut est tex. in. l. 2. ibi aut priuatus ad hostes profugere et in. l. 3. in principio et in. l. 4. ff. ad legē iuliā maiestatis: vbi dicitur: quod eo ipso quōd aliquis ad hostes romāi imperij cōfugit/ aut opē vel auxiliū eis quoquo modo dederit/ reus est huius criminis. Ille ergo qui vadit ad hostes/ vel mittit litteras/ vel nuntiū: vel aliquid simile facit in dānum principis vel rei publice/ vel in dānū romani pōtificis aut eccleie romane: p̄o ditor est censendus ut colligitur ex predictis iuribus: et firmat an. de yfernia in. c. I. §. pozro. 3. co. que fuit prima causa beneficij amittēdi li. feu. Bar. in extrauagante quoniam in verbo rebellando post principū et petrus de ancharrano consilio. 278. 2. co. ff. si dicatur vbi concludūt quod si aliquis rebellat cōtra papā vel cōtra rectores p̄ ecclesiam p̄ositos aliquibus modis de quib⁹ supra: incidit in crimē lese maiestatis. Quia leges que de hoc crimine disponūt trahuntur ad papam: nam si in persecutione vel machinatione contra vnum cardinale dicimus

Schismatici priuantur bonis et dignitatibus.

Schismatici sunt lese maiestatis rei.

Cōtra confederationes.

o iii)

Quarta pars. §. I.

quod ad exemplū criminis lese maiestatis: multo fortius si contra statum romane ecclesie: vt. c. felix de penis libro. 6. Hinc est etiā qđ si fidelis regis prestitit iuramentum fidelitatis regis hosti: crimen lese maiestatis comittit: vt probatur in preallegatis iuribus. tenet luchs de pena in. l. 2. co. 2. §. sed pone fidelis. C. de meta. et epidema. li. 12. Ad predicta bene facit tex. singularis. l. l. §. cum patro. in fi. ff. de offi. prefecti vbi vbi grauer punitur libertus cōspirans cōtra dñm eius eius inimicis. Ex quo colligit ibi glo. argu. qđ si vassallus fecit amicitias cū inimicis dñi: auferitur ei feudū. Idez voluit glo. in. l. liberti in verbo amicitias. c. de in offi. testa. et in. c. 1. in verbo cōcubuerit in ti. quibus modis feudū amittitur. Est bonus textus in. c. vno in ti. quot testes sunt necessarij ad probandū feudi ingratiudinē. Tenet bal. in l. prima. 4. l. q. ff. de rerum diui. vnde ex confederatione vel parentela cū inimicis cōtracta: probatur inimicitia. nam cōiuncti et confederati presumuntur eiusdē intentionis. ita dicit bal. in preallegata. l. liberti reputans hoc bene notandū. Cōfederati enim tenentur se inuicē iuuare omni modo quo possunt/ per ambaxiatores/ per gētes armigeros et per comocationem amicomum. ita notabiliter dicit Angelus de perusio in lege. 2. §. excusantur. ff. ad silentianum.

Ad predicta cōfirmāda allego tex. singularē in de. vna. §. porro de iure iurā. vbi impator iurat: qđ nunq̄ cū sarraceno/ pagano/ schismatico/ seu alio quomodolibet comunione catholice fidei non habente/ aut cum aliquo alio prefate ecclesie inimico vel rebellī seu eidem manifeste suspecto vnionē quālibet seu parentelam aut cōfederationem iniret. Hec ibi cum quibus concordat extrauagans Clementis quinti que incipit ad certitudinē hodie reperitur sub ti. de sen. ex. c. 3. vbi dānantur et irritantur confederationes facte cū schismaticis: et ipso iure excomunicati contrariū faciētes: eorumq̄ terre ecclesiastico subdūtur interdicto: priuanturq̄ bonis que ab ecclesijs obtinent huiusmodi confederationes facientes: et ad alias penas spirituales et temporales: pro vt vtile videbitur procedi potest (vt ibi dicitur.) Ex quibus liquido constat illicitum esse amicitiam conciliare vel confederationem facere cū schismaticis vel ecclesie inimicis immo cum manifeste suspectis ecclesie. Quia ille qui talem cōfederationē facit cū inimicis ecclesie: dicitur venire contra ecclesiam: vt est textus notandus in d. §. porro. scđm jo. de imola in. 3. co. qui dicit hoc esse contra florentinos: qđ fecerūt ligas cū rege frācorū/ qđ deo propitio plus fuit eis perniciofa qđ vtilis scđm eum. Idem possumus nos dicere de amicitia cōtracta et cōfederatione qua predicti rex et regina nauarre fecerūt cū rege galloz. Itā p̄ eas effecti fuerūt ecclesie inimici/ leseq̄ maiestatis rei/ et in eorū damnū et incōmodum confederatio fuit conuersa.

Nota illum textū.

Quarta pars. §. I.

Quamuis enim confederationes et lige ad bonum et laudabilem finem/ puta ad defensionem iustam rerum et personarū cōtra tyrannos licite sint et approbate: vt voluit Inno. quem omnes sequuntur in. c. dilecta de exce. prela. et in. c. 1. de schismaticis. Bar. et alij in. l. si. ff. qđ cuiusq̄ vniuersitatis nomine: et in extrauagante quoniam nuper in verbo occulte/ in titulo qui sunt rebelles: ad hoc possent allegari plura iura: que videntur confederationes permittere in. c. ego. 63. di. c. sane. 16. q. 7. c. omne. 22. q. 1. c. nouit de iudi. c. ad apostolice de re iudi. libro. 6. et in sacra scriptura Machabeozū. 8. et. 13. vbi machabei interunt fedus cum romanis et Josue. 9. et. 10. vbi Josue inuit fedus et tenuit confederationem cum gabaonitis. et. 1. regum. 7. vbi amorrei tenebant pacem et confederationem cum populo israelitico. et. 1. regū 27. 29. vbi dauid accessit ad achis regem geth et fecit confederationem contra saul. et genesis. 17. Deus inuit fedus cum abrahā et successoribus suis: et exodi. 23. Deus inuit fedus cum populo israelitico dicens. Inimicus ero inimicis tuis et affligam affligentes te: si tamen fiant contra cesarem vel papam: non sunt nec esse possunt ad bonum finem. immo ille appellantur conspirationes/ que sunt indirecte etiam contra prelatum inferiorem: vt. c. conturationum/ et. c. conspirationum. 11. q. 1. cum pluribus alijs. Ex quibus colligitur qđ omnis coniuratio vel cōspiratio presumitur ad malum finem facta. ita dicit Archidiaconus in. c. si quis clericorū eadem causa et. q. refert et sequitur Angelus de perusio in preallegata. l. 1. in principio. ff. quod cuiusq̄ vniuersitatis nomine. Quando autem fit conspiratio contra imperatorem vel papam non solum presumitur ad malum (vt dictū est:) verum etiam confederantes incidunt in crimen lese maiestatis vt. l. 1. c. vt armorum vsus. li. 11. ita dicit Martinus de laude in tractatu de confederatione versu. 20. est textus in. l. quisquis in principio. c. ad legem juliam maiestatis: vbi prohibentur et puniuntur huiusmodi factio nes lige et confederationes contra imperatores: non solum quando fiunt publice ac directe/ sed etiam quando fiunt occulte seu palliare: vt dicitur in preallegata extrauagante quoniam nuper: et ibi Bar. in verbo occulte/ puta quando fiunt sub colore defensionis rerū vel personarum: et secrete aliud intendunt. s. damnū alicuius tercij. Itā hoc indistincte prohibitum est a iure vt. c. 1. §. conueticulas de pace iura. fir. li. feudozū scđm bar. in. d. verbo occulte. et notatur in. c. exhibita de iudicis et in. c. si. de testi. cogendis vbi late. per modernos et in. c. cōstitutionē de verborū significatione. li. 6. vbi per dominicū et alios. Itā vt inquit beatus Ambrosius in libro de officijs: si non potest subueniri alteri nisi alter ledatur: cōmodius est neutrum iuuari: qđ grauari alterū. habetur in. c. dentis. 14. q. 5. Licet videatur permissius immo

Confederationes qđo sunt licite.

Confederationes cōtra regē vel papam sunt illicite.

o v

Quarta pars. §. I.

iniunctū iurare / iniuste et de facto oppressum: vt. c. dilecto de sen. et. libro. 6. l. prohibitum. c. de iure fisci. li. 10. 23. q. 5. c. Regum. c. principes. c. administratores cum multis alijs. Unde in ecclesiastico. c. 4. dicitur. Libera eum: qui iniuriā patitur: de manu superbi. Ille ergo qui necdus nō abstinet ab adiutorio inimicorū ecclesie contra ipsam ecclesiam: quā defendere tenetur / immo fedus et confederationem cum eis contra ecclesiam facit: et amicitiam cum eis conciliat: inimicus est ecclesie et lese maiestatis reus. Quod enim ad defensionis subsidium est inuentum: ad depressionis dispendium non debet retorqueri: vt. c. in quibusdam de penis. c. conquerente de restitutione spoliatoris. c. quanto de iure iurando. c. 3. de appella. c. vno de natis ex libero ventre. 22. q. 4. c. inter cetera. **P**etere facientes conuenticula de papatu uiuente papa / crimen lese maiestatis committunt: vt notatur in. c. veniens. l. de testi. per gofredum. 10. an. et alios quos sequitur bal. in. l. quontā liberi. c. de testibus et Martinus de laude in tractatu de crimine lese maiestatis ver. 9. Cum autē istud scisma super hoc fuerit in ecclesia introductū: vt in casus narratione diximus: sequitur qd omnes qui in hoc schismate auxilium et fauorem prestiterunt: facientes contra statū romani pontificis / rei sunt lese maiestatis. Ille autē dicitur facere contra statū principis / qui vult dirigere statū ad aliud regimē puta ad aliū principē / scdm bal. in. l. 7. §. huius studij. 2. co. ver. item nota qd arbitrium. ff. de iusti. et iure Martinus de laude vbi supra. §. 12. **D**e his qui tales confederationes illicitas et ad malum faciunt: intelligitur illud qd dicitur job. 4. l. Corpus illius quasi scuta fusilia compactū scamis se prementibus vna vni coniungitur et nec spiraculum quidem: scilicet spiritus sancti: incedit per eas. Quasi dicat qd multitudo hominū maloz: qui sunt quasi quedā scame diaboli: ita sunt ad male agendū cōiuncti connexi et obstinati: qd nō recipiūt instinctū spiritus sancti ad bonum. ita dicit ibi nicholaus. Misit enī dñs spiritū pessimum inter abimelech et habitatores sicheem: idest inter hos malos homines: vt dicitur iudicā. 9. c. Ad idem facit illud qd scribit naaū. l. Sicut spīne se inuicē complectuntur: Sicut cōiunctū eorū pariter potantium: consumētur quasi stipula ariditate plena: Sic erit de malis hominibus qui confederationes et ligas faciunt contra ecclesias: Quia consumētur sicut stipula ariditate plena: vel sicut ligna arida. de istis dicitur ecclesiastici. c. 21. Sicut stupa collecta synagoga peccantium: et consummatio eorū flamma ignis: idest hi qui ad malum faciendū congregantur: sicut in hoc seculo arserunt flamma cupiditatis: sic in alio ardebunt flammis infernalibus.

Pena rebellium.

Pena autem rebellantium contra supremam maiestatem / est qd ipso iure perdūt omnia: que iuris ciuils sunt: vt. l. amicissime. ff. de capitis

Quarta pars. §. I.

diminutione. Ideo schismatici propter crimen lese maiestatis diuine perdunt patriam potestatem: quam in filios habent vt paulo ante diximus. Possunt etiam impune occidi. l. 3. in fi. ff. ad legem cornelianam de sicarijs. l. proditoris. ff. de remili. etiam si sint occulte rebelles: nam ipso facto penam incurrunt: et in iudicio quo postea procedetur contra illos hoc liquidabitur an fuerunt rebelles. ita notater decidit bar. in extrauagante quoniā nuper in ti. qui sint rebelles in verbo rebellando prope finem. §. circa secundum. refert et sequitur petrus de anchorano. consilio. 278. co. l. §. pro hoc optime. Si autem placet capienti possunt captiui detineri vt serui. ff. de acqui. rerū do. in. l. transfuga et capte puniuntur. l. si quis aliquid. §. transfuge. ff. de penis. Traditur per bar. in dicta extrauagante / quoniā nuper in ver. rebellando et per doc. in de. pastoralis de re iudi. Bona vero rebellium ipso iure publicantur: quāuis de illis in sentētia nulla sit facta mentio: vt. l. quisquis et. l. pe. et fi. c. ad legem julīā maiestatis. Que quidem bona possunt statim ab eis capi: anteq̄ contra eos feratur sententia: nam si est licitum occidere vt paulo ante diximus: multo magis bona capere ar. l. nec in ea. ff. de adulte. vbi qd occidere pōt adulterū: multo magis iuris contumelia poterit afficere. ita notater dicit petrus de anchorano in preallegato consilio. allegat et ponderat ad hoc glo. quā reputat singulares in. c. felicitis in verbo disponant de penis. li. 6. que notater vult qd si feudatorius comisit crimen lese maiestatis: feuda libere reuertuntur ad ecclesias: a quibus obtinent: vt ad libitum pro sua voluntate de eis disponant vt ibi dicit textus: illis feudatarijs non vocatis etiam si de facto possideāt. Cuius ratio est quia postq̄ textus ibi habet illos pro diffidatis et banitis: talium bona possunt inuadi et occupari. c. pro humani ad finem de homicidio. li. 6. vbi textus in simili pro minori delicto dicit qd sufficit constare de illo scelere probabilibus argumentis: nec alia sententia deportationis requiritur: vt ibi dicit littera in fine. Priuatur similiter suis dignitatibus et honoribus vt. d. de. pastoralis vbi inter alias penas quibus Robertus rex fuit punitus propter rebellionem: quam contra imperatorem henricum comiserat: priuatur bonis dignitatibus et regno: vt in preallegata de. dicitur: et plenius in sententia quā Henricus imperator contra euz protulit: cuius tenorem ad litterā recitat Albericus in preallegata. l. quisquis. Ad idē. c. ad apostolice de re iudi. li. 6. vbi imperator fredericus secundus propter rebellionem quā contra ecclesiam comisit: priuatur regno et imperio: vt diximus supra. 2. parte. §. 7. Ex quibus omnibus liquet manifeste: qd Julius secundus iuste et recte priuauit Cardinales predictos suis dignitatibus / ecclesijs / et beneficijs: quibus preerant: et ad habēda inhabilitauit: Regē vero et reginā nauarre tanq̄ rebelles schisma

Conclusio.

Quarta pars. §. 2.

ticos atq; ecclesie inimicos similiter iuste regno priuauit: et cuiusq; captendi illud licenciam fecit: vt in prima parte diximus.

§. 2.

Ecclesia conuocat principes xpianos co schismaticos,

Quod si predictis penis schismatici co-

herceri non possunt/ quia pertinaciter perseverant et propter eorum potentiaz ecclesia amplius facere non potest: manu armata per brachiu seculare ab ecclesia inuocatum penaz executio est facienda vt. c. 1. 7. c. quoniam in fine de offi. 02. 17. di. c. nec licuit in fine. 11. q. 1. c. petimus notatur in. c. significasti de offi. dele. per oldra. con. 89. Ad hoc bonus textus in. c. de ligurib. 23. q. 5. vbi pelagius papa scribens narfe patrio super quibusda schismaticis ab ecclesia danatis inter cetera sic ait. Si quis schisma fecerit: iste excommunicetur atq; damnetur. Ad si forsan et hoc contempserit et permiserit diuisiones et schisma faciēdo: per potestates publicas opprimatur: et infra. facientes autem scisuras in sancta ecclesia/ non solum exilijs: sed etiam proscriptione reru per publicas potestates debeant coerceri. Ad idem. c. quali ea. ca. et. q. vbi idem pelagius eidem narfe scribens ita dicit. Petimus vt prefatis q a nostra sede directi sunt/ in omnibus prebeatis auxilium. Nec putatis peccati esse alicuius si huiusmodi homines premuntur: hoc enim diuine et humane leges statuerunt: vt ab ecclesie unitate diuisi et eius pacem inquietissime perturbates: a secularibus potestatibus comprimentur. Nec quicq; maius est: vnde deo possitis sacrificium offerre: q si id ordinetis: vt qui in suam et aliorum perniciem debachantur: competenti debeant rigore compesci. hec ibi. Ad idem. c. quando. c. nimiu c. displicet. 23. q. 4. vbi Augustinus monet principes: vt procedant ad correctione et punitione aduersus schismaticos et dissipatores ecclesie. Exemplu habemus notabile in sacra scriptura iudicu. 20. vbi dicitur qd cu aliqui ex filijs beniamin vxorem cuiusdam accepissent: et in credibili furore libidinis vexassent: deniq; mortua est: cumq; moniti corrigi parati non essent: congregati sunt omnes alij tunc filij israel de alijs tribubus in silo/ vnoq; consilio ex precepto domini vindicta fecerunt de filijs beniamin: ita vt interficerent viginti quinque milia pugnatu/ nec remanserunt de illa tribu nisi sexcenti viri. Quo exemplo patet qd cu graue scelus (vt est schisma) per christianos committitur: no paratos corrigi: poterit papa principu xpianoz auxiliu contra eos inuocare: ita dicit augustinus de anchona in. li. de pte eccle. q. 25. ar. 5. Raro enim vel nunq temporibus transactis ecclesie calamitates per censuras et processus ecclesiasticos legimus fore sublatas/ nec ecclesia collapsa vel vacillans suis vnq; operibus vel viribus se erexit: immo semper humano auxilio fuit erecta: vt dicit textus in. c. si quis pe-

Notabile facinus

Ecclesie calamitates per principes reparantur.

Quarta pars. §. 2.

tunia. 79. di. per aliquos videlicet principes seculares vt per Charolm magnum. orthones de saxoniam. Reges francie. comune ianue. Pisa nos/ ac diuersos alios: quos curiosus indagator inuenire poterit. Le poze enim Stephani secundi Pipinus pater charoli magni logobar dos ecclesiaz infestantes stephani mandato perdomuit. Postea tempore Leonis et Adriani primi iuit Charolus magnus cepitq; desiderius: et vicit longobardos: restituitq; ecclesiam vt habetur in. c. Adrianus. 63. di. et in. c. hortatu. 23. q. 8. Johannes. 13. passus est magnas persecutiones a quodam berengario: rex autem saxonie cepit berengarium et ecclesiam passine restituit libertati. Leo octauus fuit ab vbe expulsus/ et creatus Benedictus: quod audiens imperator ortho primus: obsedit romam donec benedictus fuit sibi traditus: missitq; illu in exilium in saxoniam (vbi mortuus est) vt habetur in in. c. in synodo. 63. di. Johannes. 17. fuit expulsus per quedam crescentium patricium fuitq; vocatus ortho tercius rex saxonie et imperator: qui venit/ fugatoq; illo crescentio totam suam progeniez extirpauit. Tunc fuit creatus Gregorius quintus: qui erat de genere orthonis. Post orthonis vero recessum: expulsus fuit gregorius per dictum crescentium et romanos: qd audiens dictus ortho reuersus est romas obseditq; eos in castro sancti angeli cepitq; et mebris mutilauit. Eugenius quartus anno. 14. 4. 5. hortatus est dalsinum francie: vt bellu faceret contra basilenses/ ecclesiam infestantes: vt refert io. de ana. in rubrica de schismaticis in fine. Ista et multa alia his similia patent ex chronicis et historijs antiquis in quibus reperio plures romanos pontifices veros a roma pullos/ et aliquando restitutos (vt iam diximus) quoru nomina sunt hec. Julius primus. Simachus. Siluerius primus. Virgilius primus. Martinus primus. Leo tercius. Eugenius secundus. Johannes octauus. Leo quintus. Johannes decimus. Johannes decimus tercius. Benedictus octauus. Johannes decimus quartus. Johannes decimus sextus vel septimus scdm alios. Gregorius quintus. Benedictus nonus. Gregorius septimus. Victor tercius. Paschalis secundus. Alexander tercius. Bonifacius octauus. Principes autem et reges christiani ad ecclesie defensionez vocati/ venire eamq; defendere tenentur. Na vt inquit Ambrosius libro primo de patriarchis: Sicut principibus et potestatibus fidem et reuerentia exhibere cogimur: ita secularium dignitatu administratoribus defendendu ecclesiaru necessitas incumbit: qd si facere contempserint: a comunione sunt expellendi. hec ibi. habentur in. c. dicat aliquis. §. preterea. 23. q. 5. Administratores plane secularium dignitatu qui ad ecclesiaru tuicionem pupilloz ac viduaru protectione rapacitq; refrenatione constituti esse procul dubio debent: quotiens ab episcopis et ec-

Stephanus papa.

Leo. Adrianus papa. Johannes.

Leo papa.

Johannes.

Gregorius.

Eugenius.

Pontifices a Roma pulsi.

Reges christiani tenentur ecclesias defendere.

Quarta pars. §. 2.

clericis virtus conueni fuerint: eorum querimonias attentius audiāt: et scdm qd necessitas expecterit absq negligentia examinent: et diligenti studio corrigant. Quod si dei timore pre oculis non habentes negligere post secundam et tertiam admonitionem inueni fuerint: omnes se nouerint comunione usq ad condignam satisfactionem privati. Ita dicit Iohannes papa octauus in. c. administratores ea. causa. et. q. Regū enim et principū est propriū officium facere iudiciū atq iusticiā et liberare de manu calūmiantū vi oppressos: vt ait hieronim⁹ hieremie. 7. habetur in. c. regū. 23. q. 5. Nam vt inquit ysidorus. Principes seculi non nuncq intra ecclesiam potestatis adepti culmina tenēt/ vt per eādem potestatem disciplinam ecclesiasticam munitant. Leterum intra ecclesiam potestates necessarie non essent: nisi vt quod non preualent sacerdotes efficere per doctrine sermonem: potestas hoc imperet per discipline terrore. Sepe per regnū terrenum celeste regnum proficit vt qui intra ecclesiam positi contra fidem et disciplinam agunt: rigore principum cōterantur/ ipsamq disciplinam q̄ utilitas ecclesie exerce re non preualet/ ceruicibus superborū potestas principalis imponat/ et vt venerationem mereatur/ virtutem potestatis imparciatur. Cognoscant principes seculi deo se debere esse reddituros rationem propter ecclesiam: quā p̄o tuendam suscipiunt. Itā siue augeatur pax et disciplina ecclesie per fideles principes/ siue soluiatur: ille ab eis rationem exigat: qui eorū potestati suam ecclesiam tradidit. Nec ille. Habetur in. c. principes. 23. q. 5. Ad idem tex. in. c. grandis de suplen. negli. prela. li. 6. hoc enim pertinet ad reges christianos: vt temporibus suis pacatam velint matrem suam ecclesiam habere (vt inquit augustinus super Iohannes habetur in. c. quādo vult deus. 23. q. 5.) Debēt ergo pacē ecclesie procurare/ non autez turbare per schismata vel alias. c. in quibusdam de penis. Tenentur ergo reges alijsq principes christiani vocati a papa pro ecclesie defensione venire: eamq viriliter defendere: vt in. c. 1. in principio in ti. hic finitur lex deinde incipiunt consuetudines et cetera. et ibi notat bal. et in. c. 1. in principio quibus modis feu. amittitur. supra illud psal. 2. Et nūc reges intelligite eruditimū q̄ iudicatis terrā: Seruite dño in timore et exultate ei cū tremore. Ad exponens beatus Augustinus in libro de correctione donatistarū ad bonifacium. c. 13. trāsumptue in. c. si ecclesia. 23. q. 4. sic ait. Quomodo ergo reges dño seruiunt in timore: nisi ea que cōtra iussa domini fiunt: religiosa seueritate prohibendo atq plectendo? et subdit. aliter enim seruit quia homo est: aliter quia etia rex est. Quia homo est: ei seruit viuēdo fideliter. Quia vero etia rex est: seruit leges iusta precipientes et cōtraria prohibentes cōuenienti vigoze sanciendo. Sicut seruuit ezechias: lucos et tēpla idolorū et illa excelsa que contra pre

Conclusio.

Quarta pars. §. 3.

cepta dei fuerūt constructa destruēdo. 4. regū. 15. sicut seruuit iostas talia et ipse faciendo. 4. regum. 22. Sicut seruuit rex ninuitarum vniuersam ciuitatē ad placandum dominū cōpellendo ione. 3. Sicut seruuit darius idolum frangendo in potestates danieli dādo: et inimicos eius leonibus ingerēdo. danielis. 14. Sicut seruuit nabuchodonosor omnes in regno suo positos: a blasfemando deo lege terribili prohibendo. danielis. 3. In hoc ergo seruiunt domino reges: in quā tum sunt reges: cum ea faciunt ad seruendum illi que non possunt facere nisi reges: alioquin iram dei in se prouocant: et eius indignationem incurunt: cui de his rationem strictam reddere tenentur. Et vltra hoc papa potest eos corrigere/ castigare/ et si opus fuerit deponere: sicut de constantino et leone eius filio imperatoribus constantino politanis et de alijs regibus dictū est. 3. in. 2. parte. §. 7. aliquid etia dicit in sequenti parte cū de rege et regina nauarre specialiter agem⁹.

Conuocatis autē regibus et principibus

christianis contra schismaticos/ eorūq auxilio ab ecclesia postulato: potest si opus fuerit ecclesia bellum iustum contra eos mouere: vt notatur in. c. venerabilem de elec. et in. c. nouit de iudi. et in. c. ex gestis de clericis non residentibus et in. c. ad apostolice de reudi. libro. 6. et in. c. 1. de homicidio eo. li. et in. c. alius. 15. q. 6. tenet expresse 10. de lignano in tractatu de bello: quem refert et sequitur archiep̄us flo. 3. parte. ti. 4. c. 2. §. 3. in principio et. §. 10. versū. Itē queritur. Idem tenet 10. de pla. in. l. vna post principū. ver. Item quero. c. vt armorū vsus libro. II. concludentes q̄ papa potest indicare bellū contra imperatorem schismaticum vel hereticū vel iura et libertates ecclesie viurpantē. Pro rebus enim ecclesie: licite potest ecclesia bellum mouere: et principes christianos ad hoc vocare. 23. q. 3. c. maximianus. 15. q. 6. c. auctoritatem ibi glo. et. 3. q. 8. c. igitur et. c. hortatu. debet ergo pō tifer si vult bene iura sua defendere propugnatores penes se habere 23. q. 8. c. igitur. c. vt pridem et. §. ecce. notatur per glo. in sūma. et contra violatores ecclesiastice libertatis/ vel res ecclesie inuadētes si oportuerit arma suscipere. 23. q. 5. c. principes et. c. sequenti. non possunt enim regna atq imperia sine armis defendi. Unde cōtra delinquentes et apostolice sedis maiestatem cōtemnentes: seueritate vt oportet/ nec vllis pertimescere quāuis etiam prepotentē Ambrosij et Innocētiij primū exemplo: quorum vnus theodosium: alter archadium excommunicare nō timuit. Et si opus fuerit: pōt et debet arma sumere bellumq̄ contra tales indicare sedisq̄ apostolice maiestates tueri. Porro quid excellentius quidue laudabilius: q̄ pro vnitāte ecclesie rerumq̄ suar

§. 3.

Ecclesia mouet bellum cōtra schismaticos.

Quarta pars. §. 3.

riū defensione/cōtra ecclie hostes magno sio ingētis apparatu arma capere: hoc ppaū sumi pōntificis munus est: ad quē spectat ecclie unitatē et iura p vrbibus defendere. Ecclesia quidē nō semp debet persecutio- nem expectare: sed aliquādo ex iusta causa persecutionem facere pōt cōtra ecclie inimicos vt notāter ostendit Augustinus in libro de cor- rectione donatistarum ad Bonifaciū comitē. c. 8. transumptiue in. c. ecclesia. 23. q. 4. Nō prefiguratū fuit in veteri testamento in illa san- ctissima muliere libera Sarra que matrē nostrā celestē hierusalē idest verā dei ecclsiā figurabat: vt inquit apostolus Gala. 4. Illa quippe ancillam iuste affligebat. Si autem melius discutiamus: magis illa persequēbatur sarraz superbiendo: q̄ illam sarra cōpercēdo. illa enim domine iniuriā faciebat: ista ponebat superbie disciplinam. Iuste er- go ecclesia malos persequitur: iuxta illud psal. 17. Persequar inimicos meos et cōprehendam illos: et non conuertar donec deficiant. Iusta ergo est persecutio quam facit impijs ecclesia christi: ista itaq̄ beata que persecutionem patitur propter iusticiam: illi vero miseri qui per- secutionem patiuntur propter iniusticiā. Proinde ista persequitur di- ligendo: illi seruiendo. ista vt corrigat: illi vt euertant. ista vt reuocet ab errore: illi vt precipitent in errorem. deniq̄ ista persequitur inimi- cos et comprehendit donec deficiant in vanitate: vt in veritate profi- ciant: illi autem retribuētes malū pro bonis etc. Iustissime ergo ec- clesia insurgit cōtra schismaticos et alios eius iura et bona occupātes ac perturbantes: vt eisdem a suis insolentis p̄uicis actibus et mori- bus compescat. Eius namq̄ proprium est aberrantes et diuisos ab erroris sui semita reuocare: ad bonumq̄ cogere: Ezechielis. 34. vt la- te demonstrat idē Augustinus vbi §. c. 16. et. 20. transcribitur per gra- cianū. 23. q. 6. c. schismatici. Multitudinib⁹ em̄ per schismata pereū- tibus sancta romana ecclesia vt subueniat: studere debet: vt per eun- dem Augustinū vbi supra. c. 27. transumptiue in. c. vt constituere. 50. di. Quinimo quilibet prelatus qui habet iurisdictionem temporalem: in subditos inobedientes licite mouet arma. 15. q. 6. c. auctoritatem. et. c. nos sanctorum. ar. 23. q. 8. c. scire igitur et. c. hortatu et. c. dispar. diximus supra. §. 2. in principio: de quo per glo. archi. et prepositum in. c. si quis. 26. di. et archi. flo. 3. parte. ti. 4. c. 2. §. 9. ita querit vtrū. Et tunc quando contra schismaticos vel bona seu iura ecclie vsu- pantes arma sumuntur: non proprie dicitur bellus: sed melius execu- tio iurisdictionis vel iusticia. ff. de rei ven. l. qui restituere. Ista sunt no- tanda verba Innocentij in. c. olim causas prope finē de resti. spo. Im- mo si recte consideremus: ista dicitur defensio que iure naturali per- mittitur: vt. l. vt vim. ff. de iusti. et iure et. l. l. c. vnde vt. cum pluribus concordantibus. Et magis videretur procedere hoc casu prelatus vt

Prelatus mouet bellū cōtra subdi- tos inobedientes

Bellus dicitur de- fensio.

Quarta pars. §. 4.

pars que iura sua defendit q̄ vt iudex. in qua quidem defensione po- test vt iurisdictione spirituali excommunicando sine cause cognitione et si- ne monitione: vt notāter voluit Inno. in. c. venerabili de cēsibus. co. 3. et nec obsunt et ibi abb. in si. co. et in. c. cum venissent de iudi. pe. co. Angelus de perusio in. d. l. vt vim in si. potest etiaz vt armis materia libus indicendo bellum eo modo quo diximus. Bellum em̄ non est indistincte ab ecclesia prohibitum: immo aliquando permittitur et in- dicitur pro defensione ecclie et iurium suorum: nec nō pro xpianorum tranquillitate: vt colligitur ex. c. paratus cum sequētib⁹. 23. q. 1. Gre- gorius enim primus ciuib⁹ iusticie precepit arma capere contra lon- gobardos iurisdictionem ecclie infestantes: vt legitur in registro gre- gorij: et habetur. 23. q. 8. c. vt pridem. Et in. c. sequēti dicitur qd̄ prece- pit quibsdā militibus: qd̄ cōtra ecclie hostes qui in marcha conue- nerant bellum mouerent: vt per viā diuersionis/ roma tranquilla ma- neret/ ne deo sibi irato hostes contra urbem impetum facerēt. Adria- nus quoq̄ primus hortatus est Chozolū magnū ad capescendū bel- lū cōtra longobardos patrimonij ecclie occupātes. 23. q. 8. c. horta- tu. Leo quartus ludouicū augustū contra sarracenos ad bellum con- citat vt. c. igitur cū duobus capitulis sequētib⁹ ea. ca. 7. q. Idem fe- cere multi sumi pontifices/ siue pro tutāda religione/ siue pro ampliā- da/ seu pro rebus ecclie vendicādis/ siue pro seruanda pace reipubli- ce: vt in chronica romanorū pontificū factis legitur. Augustinus etiaz cōmendat Maximianū vagiēsem ep̄m: qui bellū ab imperatore im- petrauit cōtra ecclie sue hostes/ eū si secus fecisset/ de negligentia re- prehēdens. 23. q. 3. c. Maximianus. Hoc enim habet ordo iusticie na- turalis/ vt quando utilitas publica aliter haberi nequit: gladio bellico per principes: qui iudicari possint cōtra cōtumaces impetretur/ non tam sūt vlciscendi causa/ q̄ tuende ecclie sibi credite vel religionis et reipublice sibi cōmissae: vt. d. c. maximianus et. 15. q. 6. c. auctoritates cū multis similib⁹. Maximianus em̄ vagiēsis ep̄s/ auxiliū petijt ab impatore christiano cōtra hostes ecclie: a quib⁹ quāplures iniurias et dāna pertulerat: non tā sūt vlciscēdi causa: q̄ tuende ecclie sibi cre- dite. qd̄ si pretermisisset: non eius fuisset laudāda paciētia: sed negligē- tia merito culpāda. Nec em̄ ap̄ls paulus vite sue trāsitorie psulebat: sed ecclie dei: quādo cōtra illos qui eū occidere cōspirauerāt: cōsiliū illoz tribuno vt proderet: effectit. vnde factū est vt eū ad locū quo fue- rat producēdus deduceret miles armatus. Ne illoz pateret infidias: romanas etiā leges implorare minime dubitauit: ciuē romanū se esse proclamās: quos tunc affligi verberibus nō licebat. itemq̄ ne iudeis interim eum interimere cupientibus traderetur: cesaris poposcit auxi- lium: romani quidem principis: sed non christiani: vt ista habentur

Excōicatio.

Bellū ab ecclesia permittitur.

Bellū per viā di- uersionis.

e

Quarta pars. §. 3.

Actum. 22. 23. 25. c. In quibus satis ostendit aplos quid facere deberent postea christiani dispensatores / quando imperatores christianos periclitante ecclesia reperiret. Hinc ergo factum est ut imperator religiosus et pius prelatum in noticiam suam talibus causis: mallet piissimis legibus illius impietatis errorem omnino corrigere et eos qui contra christum christi signa portarent: ad unitatem catholicam terrendo et cohercendo redigere: quod sentiendi tantummodo auferre licenciam et errandi ac pereundi relinquere. Ita notanter ad propositum dicit Augustinus in libello de correctione donatistarum ad bonifacium. c. 18. et traditur in preallegato. c. maximianus. Attendens ergo Julius secundus pontifex maximus: ecclesiam ex pernicioso illo schismate afflictam: iura etiam et bona romane ecclesie tyrannice accipata: cuius vires non sufficiebant ad ipsam ecclesiam ruinam minitantem et penic omnino colapsam: erigendam: nisi principum christianorum auxilio uteretur: ipsum implozavit: ut per viam diuersionis contra regem francoz bel lum conficeretur: quousque ab infantia ad sanam mentem rediens sacro sanctam matrem ecclesiam incolumem atque illesam omnino relinqueret: a prauis iniurijs desistendo / et mala preterita reparando. Istud autem bellum dicitur iustum / immo iustissimum: et potest dici defensio / que a iure naturali permittitur / ut paulo ante dicebamus: nam quilibet tenetur ius suum defendere: ut. l. illud. ff. de pen. here. et. 63. di. c. antepe. ita dicit glo. in preallegato. c. maximianus in. 10. Sed negligentia pro defensione igitur iurium suorum: quod vim vi repellere licet dicta. l. ut vim. ff. de iusti. et iure. l. 1. c. unde vi. c. olim causas de restitu. spo. c. significasti. de homi. c. dilecto. de sen. exco. li. 6. l. prohibitu. c. de iure fisci. notant doctores in. c. sicut el. 3. de iure iurando / traditur per Archiepiscopum flo. 3. parte. ti. 4. c. 1. in fi. In hoc autem bello interueniunt illa quinque: que ad iustum bellum requirit glo. 23. q. 2. in summa: et reducitur ad tria que ponit Sanctus thomas. 2. 2. q. 40. ar. 1. et Archiepiscopi. flo. vbi supra et doctores in preallegato. c. sicut de iure iurando. s. auctoritas principis / causa iusta / et recta intentio ut late per eos. In casu enim de quo agimus: interuenit auctoritas pape vicarij christi in terris ac supremi principis: iusta causa / quia pro defensione ecclesie et pro tranquillitate totius populi christiani: itaque non zelo vindicte / sed magis zelo iusticie / ad promouendum bonum et vitandum malum / et ut mali a suis peruersis conatibus compescantur: ut inquit Augustinus contra manicheos et habetur in. c. quid culpanur. 23. q. 1. ff. ateo tamen quod si interueniant illa duo: scilicet auctoritas superioris et iusta causa / quauis intentio recta deficiat / ut puta si ex odio aut animo / malignandi bellum geratur: peccabit quidem mortaliter bellum gerens: ad restitutionem tamen ablatorum et damnorum datorum: non tenebitur:

Bellum dicitur de fensio.

Requisita ad bellum iustum.

Quarta pars. §. 4.

quousque ad iusticiam faciendam et obedientiam superiori exhibendam se offerat is contra quem bellum geritur secundum Archiepiscopum flo. vbi supra. Patet ergo ex predictis quod ex iusta causa pro ut est schisma potest papa bellum iustum mouere contra schismaticos: ut a schismate desistant et a suis prauis conatibus compescantur. In quo quidem bello omnes presertim principes christiani tenentur ecclesiam iuuare: et schismatici et capti in tali bello debent furca suspendi secundum bal. in. c. 1. §. iniuria. 3. co. de pace iura firman. al. incipit. §. furtum in principio. refert Jo. de anania in. ru. de schismaticis. co. 5. in fine. et cur sint diffidati a iure ut. c. vno de schisma. li. 6. post principium ibi expositis personis eorum capiendis: videtur quod si se defendat: possunt impune occidi sicut de diffidatio ab imperatore dicit dominicus in. c. 1. de homicidio li. 6. que refert et sequitur martinus de laude in tractatu de principibus. 10. 508. Vassalli etiam imperatoris et cuiuscumque schismatici: possunt absoluti a iuramento fidelitatis / vel potest declarari: quod vassalli non teneantur ipsum iuuare ut. d. c. nos sanctorum et in. c. iuratos. 15. q. 6. 7 in. c. ad apostolice de reudi. li. 6. cum alijs similibus: immo ipse imperator tenetur dare subsidium pape ad bellandum suos hostes: ut. d. c. maximianus. 23. q. 3. et per totam illam causam et. c. auctoritatem. 15. q. 6. cum concordantibus ibi positus. Ad idem. c. administratores et. c. principes et. c. quali. 23. q. 5. de quibus in precedenti. §. mencionem fecimus / de quo etiam per oldra. con. 62. in fine. incipit circa hoc veniunt et consilio. 89. et per fredericum con. 163. Unde cum schismatici sint ecclesie hostes: ut. c. altemus. 24. q. 1. tenetur impator contra eos ecclesiam adiuuare ut est tex. notandus in de. romani principes. §. porro de iure iurando et notat ibi Jo. de ymo. co. 3. dicens: nota imperatorem debere dare fauorem contra schismaticos et hereticos ex iuramento: et si non facit: est per iurus et deponi potest. hec ille. Potest enim papa ex causa ardua iurisdictionem in temporalibus quam a deo habuit vel suscepit in habitu: de ducere ad actum contra quoscumque / maxime contra schismaticos: ut patet ex iam dictis: et firmat abb. siculus in. c. sicut el. 3. de iure iuran. co. 6. 10. ego amplius: presertim inuocando brachium seculare ut in precedenti. §. dictum est.

Vassalli schismatici contra absoluuntur ab eorum fidelitate.

Imperator tenetur iuuare ecclesiam contra hostes suos.

Schismatici sunt ecclesie hostes.

Papa ex causa ardua potest exercere iurisdictionem in temporalibus.

Et non tantum poterit papa bellum indicare

re contra schismaticos et rebelles ecclesie: verum etiam euntibus ad bellum potest indulgentiam concedere eosque cruce signare: ut Julius papa in casu de quo agimus fecit. Illam si crux transmarina pro acquisitione vel recuperatione terre sancte tantummodo predicatur: multo fortius videtur predicanda pro unitate ecclesie conseruanda

§. 4.

Papa potest dare indulgentiam contra schismaticos et crucem.

c ij

Quarta pars. §. 4.

Sicut dñi vestimentum. Neq̄ enim filius dei in mundum venit/ nec crucem subiit/ vt terrā acquireret: sed vt captiuos redimeret/ et peccatores ad penitentiā reuocaret: nec aridam immo catholicā ecclesiam desponsauit. Cum autem maius periculum imminet in hac vltima quā in prima/ quia preciosior est anima: q̄ res. c. de sacro san. eccle. l. sanctimus: idest magis subueniendum est. 61. di. c. miramur. 42. di. c. quiescamus: ergo &c. Si vero offensionem personarū consideremus/ nemo dubitat: quin magis delinquūt inobediētes christiani atq̄ schismatici/ qui ad fidem semel susceptam p̄cesse cogendi sunt: quā sarraceni: qui nec ipsam inuiti suscipere compelluntur. 23. q. 5. c. ad fidem. 45. di. c. de iudeis. Nemo enim mittens manum ad gratrum et respiciens retro aptus est regno dei. c. magne de voto. Adinus etiam malum est viam domini non agnoscere: quā post agnitaz retroire. c. quidam in fine de apostatis. Si autem pro simplici contumacia hoc accidere solet vt. c. si. de penis: quid de detrahentibus potestati romane et ponentibus os in celum? Nam qui romane ecclesie detrahit: hic proculdubio in heresim labitur. Fidem quippe violat/ qui aduersus illam agit /que mater est fidei/ et illi hoc est deo contumax inuenitur: qui eam cunctis ecclesijs noscitur pretulisse. 12. di. c. omnes. Ires qui contra pacem ecclesie sunt si dignitatem aut cingulum habent: nudentur eis. 24. q. 1. qui contra pacem: ad quam nudationē faciendam posunt principes christiani conuocari indulgentia cōcedi et crux predicari: nam crucis signo inimici christi fugandi sunt: vt dicit glo. super illud psal. 81. Fac mecum signū in bonum: vt videant qui oderunt me et confundantur. Schismatici autem hostes et inimici dei sunt: vt sepe dictum est. c. alienus. 24. q. 1. fugandi ergo sunt signo crucis: q̄ (vt inquit christostomus in homelia de laude crucis) est cōsolatio pauperū refirmatio diuitum. destructio superbozum. tiranorum pena. triumphus contra demones: obsessorum murus. pater orphanorum. defensor viduarum. Si autē contingat aliquos christianos diabolicis instigationibus sic superari et implicari/ vt tunicas domini velint scindere: et a capite eccleie tiranica violentia se subtrahere: tanq̄ mendaces effecti p̄missionis facte in baptismo in quo p̄miserūt diabolo et pompis eius renūciare/ et ipsi p̄po per fidē et charitatē incorporari: p̄ crucez xpi cōpescendi sunt magis quā pagani v̄ iudei. Quia (vt dicitur. 2. petri. 2.) meli⁹ erat eis viā veritatis nō agnoscere: q̄ post agnitōnē retrostrū reuerti ab eo sacro p̄posito: q̄ datum ē eis. Et signāter dicit meli⁹: q̄ min⁹ malū ē pati iniuriā ab extrācis quā a familiarib⁹ vt ibi dicit glo. Propterea dauid in p̄sona xpi loquens de iuda q̄ eius traditur⁹ erat dicebat psal. 40. Qui edebat panes meos: magnificauit sup

De cruce.

Iniuria a familiaribus.

Quarta pars. §. 4.

me supplantationē. Ad ideē psal. 56. Si inimicus me⁹ maledixisset mihi: sustinuissez vtq̄: et si is q̄ oderat me super me magna loquutus fuisset: abscondisses me foras ab eo: tu vero hō vnanimis dux meus et notus meus/ qui simul mecum dulces capiebas cibos in domo domini ambulabamus cum consensu/ et cetera. Facit etiam illud quod dicit solet. Nulla maior pestis/ q̄ familiaris inimicus. Contra tales igitur christianos schismaticos ecclesiam dei eiusq̄ prelatū grauiter offendentes pacemq̄ ecclesie perturbantes/ concedenda est indulgentia et crux predicanda. Ita notanter concludit hostien. in summa ti. de voto. §. in quo casu et Augustinus de anchona in libro de potestate ecclesie. q. 25. ar. 5. Oldardus consilio. 62. in fine incipit et circa hec. Albericus in l. iubemus nulli. 4. co. in fine. c. de sacro san. eccle. et jo. de ana. in rubrica de schisma. prope finem. q̄ michi satis placet: quoniam vt ex predictis constat: hic interueniunt duo: que ad indulgentiam sunt necessaria: videlicet p̄as Romani p̄ntificis cōcedētis: et iusta causa cōcessionis. s. defensio ecclesie et iurium suorum nam si pro alijs leuib⁹ causis solet indulgentia concedi: vt puta pro dedicatione ecclesiarum et pro edificatione pontium vt dicit tex. in. c. q̄ autē de peni. et remi. vel pro oratione pro rege faciēda: vt alias cōcessit Inocētius quartus his qui orabat pro rege France: vel pro alijs similib⁹ causis de quibus per doctores in. d. c. quod autē: et per theologos in quarto sententiaz. di. 20. et per archiep̄m flo. 3. parte historiali. ti. 22. c. 14. in principio: et in locis infra allegandis: multo fortius concedi potest super re tam graui tamq̄ ardua/ ecclesie et pene toti christianitati necessaria. Unde iustum est q̄ decedentes in tali bello: apostolicis iuentur indulgentijs/ et de thesauro ecclesie afflicte: cui obsequium et seruitium prestiterunt: participant. cum eas etiam pro minorū bono et inferiori difficultate: sepius ecclesia concesserit/ vt pote pro sola mansione vel mora in hora mortis apud aliquod hospitale/ vel pro facili visitatione alicuius loci pii/ aut similib⁹. Fuerunt quoq̄ multi Romani p̄ntifices qui indulserunt plenarie decedentibus in bello pro ecclesia suscepto. Nam gregorius non⁹ Anno dñi. 1224. cōcessit indulgentiā plenariā laborantib⁹ p̄ defensione eccleie cōtra impatorē Fredericū secundū iura et bona eccleie occupatē/ et pacē eccleie perturbatē: vt refert Archie. flo. 3. pte historiali. ti. 19. c. 4. §. 3. post prin. Adde et eadē causa et cōtra eūdem cōcessit Inno. 4. vt refert idē archiep̄s vbi s. c. 5. §. 2. in principio. Adde fecit Urbanus quartus anno dñi. 1261. contra māfredū eiusdem frederici filium: quia cōtra ecclesiam et iura sua pugnabat: vt per eūdem archiep̄iscopū vbi supra. c. 13. in principio. Adde fecit Oldardus quartus/ vt conseruaret Charolum primum Andegauie ducem

Requesita ad indulgentiam.

P̄ntifices qui belantibus pro ecclesia indulserunt.

e iij

Quarta pars. §. 4.

Et Sicilie regem in noua ipsius regni possessione contra Petrum aragonum regem: qui vocatus a siculis prosequatur ius uxoris constantie filie regis Manfredi: qui longa possessione regni sicilie tenuit. sicut eius pater et auus/et a predicto charolo interfectus et regno priuatus. ipse autem Petrus confirmatus in eodem regno a Nicholao tercio: ipsum regnum prosequatur: et vindictam mortis soceri sui Manfredi: regnumque sicilie dedentibus incolis suscepit: nec vlla alia re sedem apostolicam molestant: immo causam suam iustis iudiciis decidendam semper obtulit: et tamen pro sola conseruatione dicti charoli possessionis inuestiti per Romanam ecclesiam de regno illo: idem Martinus indixit bellum contra dictum petrum/ non modo pro recuperatione regni sicilie: verum etiam pro expugnatione et inuasionem patrum et auum regni aragonum: quo illum persuaserat: quia facile ecclesie non obediuit/ crucemque contra eum predicari fecit/ indulgens plenarie ad id bellum accedentibus/ prout ista constant ex archiuis apostolicis et tradit archiepiscopus florentinus in eadem. 3. parte historiae li. 20. c. 4. §. 8. quauis ipse tanquam scriptor nationis florentine que a galis plurimum semper pendit: paribus andegauenium plus equo faueat in historia. Martinus etiam quinquagesima indulgentiam concessit pugnantibus contra brachium pro defensione aquilane ciuitatis que est regni apulie pro ut refert archiepiscopus flo. in eadem. 3. parte ti. 22. c. 7. §. 5. Plures alii romani pontifices idem concesserunt/ pro faciliozibus causis et bellis non tam iustis/ sicut erat illud de quo agimus contra regem francozum huius schismatis auctorem: qui multas ecclesie romane fecit iniurias et plures eius terras et iura inuasit/ cuiusque pontificem multipliciter molestant: neque his contentus: bellum uniuersae itale minatus est: et de tota ipsius italie monarchia usurpanda contendebat: cuius necessario ex hoc timeretur ecclesie et iurium suorum oppressio/ ac christianitatis confusio/ et pene totalis euersio. cum merito timendum sit nata occasione diuisionis christianorum/ turcos infestissimos hostes in christianos (pro ut assolent) in tollerabilius seuituros. Lupiens igitur Julius Pontifex maximus regem francozum ad iusticie limites reducere/ et ecclesie deperdita recuperare: ad finem uniuersalis pacis iuxta illud quod pater in ethicis tradidit/ bellum (inquit) gerimus ut in pace uiuamus. habet in. c. no. li. existimare. 23. q. 1. et in. c. paratus in fine. et. c. apud veros: indixit bellum Regi francozum signanter per ducatum Guiane hispanie contiguam: quosque pacis et iusticie terminos complecteret: ne forte sumptis uniuersis galliarum viribus/ nullo sibi obice interposito uniuersam italiam et ecclesie iura (pro ut eius antecessor fecerat) confunderet atque euerteret: immitatus beati gregorium qui per modum diuersionis bellum indixit:

Tarat antoninus procliu in fauore gallozum.

Bellum gerimus ut in pace uiuamus

Bellum per viam diuersionis.

Quarta pars. §. 4.

contra hostes ecclesie ut Roma tranquilla maneret (ut diximus in precedenti. §. post principium) mala enim voluntas cohibenda est. de bilitare enim ea que nocitura sunt: laudabile ac pium est/ ut inquit hic romani sup sophomiam: et habetur in. c. Si quis fortitudinem. 23. q. 3. nam sic agendo: adimitur malis potestas delinquendi et bonis consultitur ut in pace uiuant. c. ab imperatoribus ea cau. et. q. nam contra futurum grauamen verisimiliter inferendum: potest quis sibi prospicere prorumpendo in appellationem. c. bone de app. item per viam facti resisti potest: si mora interpellandi vel aduendi iudicem est allatura periculum. l. at pretor. §. Si debitozem. ff. de his que in fraudem credi. melius enim est ante tempus occurrere: quam post vulneratam causam remedium querere. l. si. c. in quibus ca. in inte. resti. non est ne. Unde terentius. Adalo nos ante prospicere: quam viciisci accepta iniuria. L. 13. his concordat quod scribit valerius. li. 3. ti. 2. de fortitudine. c. 18. Nam cum Liberius grachus teneret rem publicam Romanorum oppressam factionibus et conspirationibus: et Adurtus sceuola consul legibus non armis rem gerendam diceret: ceteris quoque torpescens: Scripto nasica quoniam inquit consul dum iuris ordinem sequitur/ id agit: ut cum omnibus legibus Romanum imperium conseruet: ego met priuatus idest nullo magistratu fungens/ voluntati vestre me offero ducem. ac deinde circumdedit manum leuam toga: erectaque manu: proclamauit. Qui volunt rem publicam esse saluam: sequantur me. et seditiosum virum Liberium grachum cum sceleratis eum sequentibus et federatis penas luere coegit. Ex isto exemplo naturali Romanorum patet/ quod ubi quies patrie infestari timetur: omissio iuris ordine ad arma recurritur. Res enim grauioribus armis/ parue autem legibus terminantur: ut dicere solebat papa Pius secundus sicut in eius vita in fine platina commemorat. Iuste ergo fecit Romanus pontifex Julius secundus preuenire hostium maliciam: indicendo bellum regi francozum: ut ab ecclesie molestia desisteret. Ut autem christianorum animos ad hoc alliceret: iuste eos cruce signauit et indulgentiam plenariam eis concessit: ut alij Romani pontifices prolemoribus causis id fecerunt. Ad hoc vitra predicta bene facit textus in. c. omnium. 23. q. 5. ubi Nicholauis papa exercitui francozum scribens ita inquit. Omnium vestrum nosse volumus charitatem: quoniam quisquis (quod non optantes dicimus) in hoc belli certamine fideliter mortuus fuerit: regna illi celestia minime negabuntur. Ad idem facit quod scribit Leo quartus eidem exercitui francozum in. c. omni timore. 23. q. 8. Omni (inquit) timore ac tremore deposito contra inimicos sancte fidei et aduersarios omnium religionum agere viriliter studete.

Nota illum textum indulgentie concessie obumbrat by pro fide

Nota illum textum.

c. iiii

Quarta pars. §. 5.

Plout enim omnipotens si quilibet vestrum morietur quod pro veritate fidei et saluatione patrie ac defensione christianorum mortuus est: et ideo ab eo premium celeste consequetur. hec ibi. Quauis enim ille textus loquatur de bellantibus contra infideles: vt eorum forte bona et terras accipiant: idem fortius dicendum est de bellantibus contra schismaticos ecclesie rebelles: et pacem inter christianos turbantes: vt in principio huius §. probatum est. Quinimmo aliqui audet dicere qd morientes in tali bello iusto: si id faciunt principaliter propter deum et pro defensione ecclesie martyres dicuntur. Martyr entz grece: interpretatur latine testis: ad perfectam autem rationem martyris scdm doctores presertim beatum Thomam. 4. li. sen. d. 49. Etia requiruntur voluntas. pena. et causa. vt ibi per eos/que omnia concurrunt in bellantibus pro defensione ecclesie. Voluntas quidem paciendi penam non quacumq; sed mortem si opus fuerit pro defensione ecclesie et ita pro ipso christo eius sponso. Itaq; martyris causa est ipse christus et eius sponsa scdm beatum Thomam vbi supra: qd videtur satis rationale. Nam si in religione gentilium non vera/ decedentibus pro republica et salute patrie locu esse definitum in celo vbi beati sempiterno euo fruerentur (apud gentiles ipsos pro veritate tenebatur) vt refert cicero in libro de somnio Scipionis instituta de excusationibus tutorum in principio: multo vberius pietissima christiana religio: que centesimum fructum vsq; metit: non modo obeuntibus pro salute religionis et rei publice / premium celeste constituit vt in proximo allegatis iuribus dicitur: verum etiam si illa principaliter in christum transferatur ultra essenciale premium: aureolam etia martyris reponit: super quo tamen amplius cogitandum est.

Nec predictis obstat si aliquis dixerit qd papa non potest nec debet talem indulgentiam concedere: per quam homines ad bella incitat. Qd christus cuius ipse est vicarius prohibere videtur: cum dixerit per matheum. c. 26. Omnis qui acceperit gladium: gladio peribit. Indulgentie autem sunt allecua quedam ad eas res pro quibus dantur: si autem bella sunt a christo prohibita: no debent pro eis a christi vicario indulgentie concedi: quoniam ad hoc responderetur ex supra dictis qd auctoritas euangelij predicta prohibet vsum gladij in priuata persona et auctoritate propria et in publica non zelo iusticie sed vindicte: illud enim est accipere gladium/ cu quo semper perit / qui accipit mortaliter scilicet peccando: nisi peniteat: priuata autem persona que de mandato superioris et cum causa

Quo morietes in bello dicuntur martyres.

De morietibus p religioe vel re publica.

§. 5.
Oppo.

So.
An et qno licitum est christianis gladio vti.

Quarta pars. §. 5.

vel publica que ex zelo iusticie/ quasi deo iubete gladio vtitur: no ipsa accipit gladium/ sed ab alio sibi commisso vtitur: vnde premium non autem penam meretur: ita exponit Augustinus in libro. 2. contra manicheos et habetur in. c. ille gladium. 23. q. 4.

Non obstat si dicatur quod papa quantum potest debet multa sustinere / et multa pati ad euitandum scandalum infirmorum iuxta illud apostoli. 1. ad Corin. 9. Omnia sustinemus ne aliquod offendiculum demus euangelio christi. Sed de hoc qd christiani cruce signati ad expugnandum christianos destinantur / multi populares et inferiores de ecclesia scandalizantur: tale ergo scandalum per papam est vitandum. Ad hoc responderetur / qd ad euitandum scandalum infirmorum papa quantum potest debet sustinere ne auxilium crucis super aliquos christianos faciat inuocari: quando tamen graue delictum commissum est: quod euidenter apparet non esse tollerandum propter tale scandalum non est admittendum: quia propter scandalum passiuum nec veritas doctrine nec sanctitas vite/ nec equitas iusticie est obmittenda: vt dicit Hieronimus de quo plenius per glosam in. c. qui scandalizauerit de re. iuris.

Non obstat auctoritas Augustini in libro de vera religione/ cum dicit: qd nullum peccatum committi potest nisi dum appetuntur: que dei filius contempsit/ aut fuguntur/ que ille sustinuit: quia tota vita eius in terris per hominem/ quem suscipere dignatus est/ nobis disciplina morum fuit: vt. c. significasti de electione: sed christus per crucem no exercuit potestatem et seueritatem iusticie/ sed magis humilitatem: Exemplo ergo christi papa non debet vti cruce ad seueritatem iusticie/ sed ad humilitatem misericordie. Nam ad hoc dicendum est/ qd sicut christus pauper esse voluit: vt nos diuites faceret: et mori voluit vt nos a morte liberaret: sic humilis esse voluit vsq; ad crucis patibulum: vt nos de superbia tyrannorum eriperet. Per ipsam vero crucem voluit demones et omnes tyranos debellari vt in precedenti §. diximus. Unde scribitur Sapientie. 13. Benedictum lignum per quod fit iusticia: quod de ligno crucis intelligendum est.

Non obstat similiter si dicatur qd cruce signatus non eicitur cruce scribitur enim Mathei. 12. Si sathanas sathanam eicit: quomodo stabit regnum eius? Cum autem in casu de quo agimus schismatici sint cruce signati quia christiani immo Rex francie christianissimus appellatur: non ergo debet expugnari per cruce signatos. Ad hoc responderetur: qd non eicitur cruce signatus a cruce signato in quantum est crucis christi imitator: sed vt est vicarij christi contemptor et membrum ecclesie persecutor. Crux enim christi/ est superbiorum destructio

Oppo.

De scandalovtado

So.

Oppo.

Christi actio nra fuit instructio.

So.

Oppo.

An crux detur contra christianos.

So.

e v

Quarta pars. §. 5.

et tyrannorum pena (vt dicit chrisostomus in homelia de laude crucis: cuius verba in precedenti. §. retulimus.) Unde etiam contra christianos schismaticos et rebelles cruci predicari et indulgentia concedi possunt etiam contra regem francozum: quauis enim eius antecessores temporibus retroactis Reges gallie obediētes fuerint: et sequaces sacro sancte matris ecclesie/et in schismatibus preteritis raro vel nunq̄ deuiauerint ab unitate ecclesie/ immo ipsam colapsam sepe totis viribus erexerunt: presertim Charolus magnus (vt in precedentibus diximus) qui religionis zelo et contemplatione sibi et successorib⁹ imperium adeptus est et a grecis in ipsum est translatus. A sancta etiā synodo summorum pontificum electione sibi concessa vt traditur in ecclesiastica historia et in. c. Adrianus. 63. di. Reperio etiā qd reges francie qui pro tempore fuerunt: octo summos pōtīfices a sede propria expulso ad sedem ipsam reduxerunt: quorum nomina sunt hec. Sergius. Leo. Zacharias. Stephanus. Calixtus. Innocentius. Alexander tercius. et Paschalis. Non tamen propter hoc christianissimi appellati sunt vt aliqui putant. Primus enim qui hoc nomine appellatus est: fuit prenominatus Charolus magnus in magnifico monumento aquisgrami vbi ipse fuit sepultus: cui additus ex firmo lapide cum huiusmodi inscriptione. Charoli magni christianissimi imperatoris Romanorum corpus sub hoc sepulchro conditum est. Hunc excessum habuit Charolus: quia nichil antiquius duxit q̄ christi fidem dilatare: et terminos proferre christianozū: vt inquit Robertus Buaquini in historia regum francozarū cum de ipso charolo magno agit. Item etiam quia imperator erat: merito christianissimus appellari potuit/ eo qd apud imperatorem maior cura et sollicitudo rei publice christiane versatur. Nec credendum est peculiariter regibus francozū attributum titulum christianissimus: quorum Charolus magnus et reliqui eius successores qui hoc nomen meruerunt: fuerunt etiam imperatores non reges tantum francozum: immo germani imperio et origine fuerunt: et cum hoc possederunt franciam: solis igitur imperatoribus hoc nomen conuenit / et primo tributum imperatoribus Charolo germano et suis posteris quorum prosapia multos ante annos defecit. Ita dicit henricus bebelius in suis comentarijs statim post principium cum agit de modo scribendi ad cesarem. Titulus ergo christianissimi proprie conuenit imperatoribus vt. c. ecclesie. 97. di. et omnibus regibus qui in religione nostra superiorem in temporalibus minime recognoscunt habentibus videlicet iura imperij et curam et sollicitudinem reipublice christiane sicut maiestas vestra habet vt experientia docet. Et propterea eum aliquando christianissimum

De rege francie.

De charolo magno.

De regib⁹ francie.

Quare reges francie christianissimi appellantur.

Sepulchrum charoli.

Quarta pars. §. 6.

appello. quia nomina debent esse consona rebus vt instituta de donationib⁹ §. est et aliud. quicquid sit non sufficit ad premia christi eiusq̄ vicarij consequenda bene nominari: sed oportet bene agere. Si ergo rex francozum christianissimus appelletur et populi christiani cura non habet/ immo ecclesias persequatur/ schisma perniciosum ac pestiferum in ecclesia dei inducendo: iustum est qd contra eum cruci predicetur et indulgentia concedatur: vt in precedentibus dictum est.

Et quauis schismatici propter eorum fors

san potentia predictas penas effugere possint: timere tamē et animaduertere debent qd licet aliquando nauicula petri fluctuet: submergi tamen non potest vt inquit Ambrosius super Marthuz et habetur in. c. non turbatur. 24. q. 1. Nam vera religio casui subiacere non potest: vt in epistola inter claras. c. de summa trinitate. et schismatici licet inter vicia ferueat: incrementa vero habere nō possunt: nec augere qd illicite ceperunt: sed statim cum praua sua emulatione deficient vt dicit tex. in. c. nouacianus epus. 7. q. 1. Unde quia cōtra religionem faciūt: sacrilegi censentur: et omnia delicta transgrediuntur: vt inquit Augustinus contra epistolam parmentiam cuius in principio istius quartae partis mēcionē fecim⁹. Ad hoc bonus textus in. c. Sacrilegiū et in. c. quisquis inuēns. 17. q. 4. et in. c. 1. de maledictis et in. l. Si quis in hoc genus. c. de episcopis et clericis et in. l. 1. c. de crimine sacrilegij. et in. l. 1. ff. ad legē juliā ma. Qui entz iniuste vexat ecclesiam: sacrilegius cōmittit. 12. q. 2. c. predicta. 16. q. 1. c. placet in fine et. l. subemus nulli. c. de sacro san. eccle. scōm Archi. Jo. an. Ancha. et Dominici. in. c. felcis de penis li. 6. Sacrilegium enim est sacre rei violatio vel usurpatio: et accipitur hic violatio: pro quacumq̄ irreuerentia aut deponozatione. et dicitur quasi sacre rei vel legis lesio: vt per glosam et doctores in. c. Sacrilegiū. 17. q. 4. Committitur autem sacrilegium tribus modis. Primo ratione rei: auferendo sacrum de sacro loco: vel non sacrum de sacro: vel sacrum de non sacro: vt in preallegata glosa. Secundo ratione loci: sicut cum violatur immunitas ecclesie vel ciminterij vt. c. si quis. el. 1. cum multis sequentibus ea. ca. et. q. Tercio ratione persone: sicut cum quis ledit personam ecclesiasticam: vt. c. quisquis ea. ca. et. q. Et tanto maior reputatur crimen sacrilegij: quāto in digniore personam committitur: vt dicit glosa pe. in. d. qd deo in. c. Serpens. de peni. di. 1. et in. d. c. felcis in verbo sacrilegij de penis. li. 6. Lūz autem papa maior et dignior persona totius mundi sit/ quia optinet vicem dei viuentis in terris: vt. c. inter hircum de peni. di. 1. et late dictū

§. 6.

Contra schismaticos.

Schismatici sūt sacrilegi.

Sacrilegium contra magnā psonā

Quarta pars. §. 6.

est supra in. 2. parte. §. 4. Concludit quod istud est maius omni alio sacrilegio: quia contra ecclesiam et Romanum pontificem committitur. Unde non est credendum quod deus eum inultum relinquet: cum sit zelotes/ideest zelans et vindicans peccatum patrum etiam in filios et usque in tertiam et quartam generationem: ut dicitur Exodi. 20. transumptive in. c. nisi quis pridem de renuntiatione. In hoc igitur vel in alio seculo grauerit schismatici puniendi sunt: quia religionem nostram contempserunt. Ex exemplis enim pluribus videmus aliquos in hoc seculo fore punitos/ propter religionem neglectam. De Juliano quidem apostata/ legitur quod cum deo dicata vasa vniuersa et palia collegisset/ proficiens hec in terram/ Contumeliis et iniurijs quibus voluit agens christum/ super ea etiam sedit et cumulum auxit iniuriarum/ moxq; verenda eius et loca femoribus circumposita fuere percussa: et ad tantam peruenit usque putredinem: ut vermes crearet/ medicis laborantibus nec valentibus vincere passionem. et donec moreretur: non fuit ab hac passione securus. Hoc itaq; claruit diuina indignatione gestum/ dum etiam custodes imperialium thesaurorum et alij plurimi aduersus ecclesias insurgentes: in opinata et miseranda morte defuncti sunt: ut habetur in historia tripartita libro. 6. c. 10. et in. c. 32. subdit quod repente julianus seua infirmitate detentus/ visceribus putrefactus interiit et finum non permeatus digestibiles/ sed scelestus os quod blasphemis ministrauerat: organum huius digestionis est factum. Sundericus primus vandalozum Rex in hispania in galecie partibus regnans: cum auctoritate regie potestatis irreuerenter manus in basilicam sancti Vincentij martyris hispalensis ciuitatis extendisset: mox dei iudicio in foibus templi demonio correptus interiit: ut latius refert lucas tudensis in principio sue chronice. Alfonso aragonuz rex multa commisit sacrilegia: sacra spoliando templa: et propterea statim diuino iudicio punitus est: nam ultimo bello quod contra sarracenos apud fragraz constituit occisus est: et nulla eius vestigia reperta sunt: ut analia illius temporis referunt. Erraca etiam regina sepe sacra spolia uit templa: ecclesie ministros vituperauit: inter cetera semel iussit militibus suis ut ecclesiam monasterij sancti Ysidori legionensis spoliaret calicibus et ornamentis: et cum hoc illi facinus horrerent nec presumerent atemptare: ipsa indignata templum cunctis spoliavit iocalibus que secum ferens pre foibus templi crepuit cunctis videntibus et dei iudicia laudantibus. Sanctius dictus maior nauarrozuz Rex cum esset magnus venator/ apum secutus est usque ad ecclesiam sancti Antonij que tunc in quadam silua nemorosa erat sita: cum vero aper ad altare Sancti martyris confugisset: Sanctius conatus est eum vena-

De Juliano.

Sundericus rex.

Alfonso rex.

Erraca regina.

Sanctius rex.

Quarta pars. §. 6.

bulo percutere: qua propter ob irreuerentiam sacri templi illico obtulit brachium eius donec precibus beati martyris vires brachij restitute fuere. vnde ecclesiam insignem edificauit ibidem: ut chronice illius temporis referunt presertim Ro. de Arcualo epus palatinus in sua chronica cum de eodem Sanctio agit: vbi alia similia gentilium exempla cumulat/ que per eum videri possunt ideo non refero. Item Almanzor maurozum rex Coptostella capta ecclesiam dirupit et statim incredibili dysenteria. i. fluxu ventris fuit percussus. Veremundus secundus Rex legionis facili credulitate ductus contra episcopum copostellanum theaurum ferocem intecit. theaurus autem diuino mysterio manifestus ad episcopum innocentem accedens/ cornua in manibus eius protinus collapsa reliquit. Hic etiam rex Epum ouetensem iniuste carcerauit: et tandiu pluuia cessauit/ et valida fames terras oppressit/ vbi vero epus fuit liberatus: pluuia habundanter de celo venit. Quo miraculo veremundus compunctus/ ecclesiam sancti iacobi et alia pia loca per almanzor diruta restaurauit: et penitentiam de prelatorum consilio egit ut tradunt historie.

Multi alij gentiles et iudei fuere qui ad sacra templa eorumq; ministros irreuerenter se habuerunt: et sui sceleris penas statim luerunt. Nachabeorum enim princeps illico post templi violationem: ingenti victoria contra violatores potiti sunt/ dixeruntq; vadamus munda re templum domini. Habuchodonosor quia vasa templi hierusalem asportauit grauerit fuit punitus ut diximus supra. i. parte. §. 7. Balthasar eius filius: quia in illis vasis vinum bibit regno priuatus est et occisus ut supra dictum est in. i. parte. §. 7. De sedechia rege similiter legitur ex eo quod hieremiam prophetam incarceratione pessima occubuit morte: ut habetur hieremie. 32. 39. Ozius rex quia contumelias sacerdotibus intulit eisq; penas cominans: statim lepra in fronte respersus est ut habetur. 2. Paralipo. 26. transumptive in. c. nos si comperenter. §. Item cum dauid. Cambises magni regis cyri filius et heres propter religionem neglectam/ sponte suo gladio se interemit. Valeus imperator igne crematus/ contempte religionis penas luit. Philippus macedonum rex magni Alexandri genitor religionem contra foceses grecos vindicans: gloriam ac famam magnam et multa dominia in greciam acquisiuit/ acquiescens autem causas et fundamentum ipsa vindicta dedit. Cyrus etiam rex propter religionem contemptra regna sua perdidit. De dyonifio tirano legit quod templum proserpine violauit et sculapio barbam euulsit: propterea eius filius a regno deiectus est. Varro quod paru honorauit sacra templa: canensem cladem pati meruit. Quintus flaminus quod offendit sacra romanis suis immemorabile illam stragem apud trasimenum propeffus est. Lucius scipio apfricanus

Almanzor rex.

Veremundus rex.

Exempla gentilium et iudeorum.

Habuchodonosor rex.

Balthasar rex.

Sedechias rex.

Ozius rex.

Cambises rex.

Valeus imperator.

Philippus rex.

Cyrus rex.

Dionifius tyrannus

Varro.

Quintus flaminus

Scipio apfricanus

Quarta pars. §. 6.

carthaginem evertisset quidam appollinis templum ingressus eius si mulachrum aurea veste indutum spoliare temptavit: quare indignatus apollo id egit/ut sacrilege manus inter fragmenta vel fimbrias vestis a corpore abscede reperiretur pro vt narrat valerius li. I. ti. I. c. 3. appollo nichil agere valuit: qui nichil est: nam idolum vt aplius inquit nichil est: sed verus deus noster hoc egit (si verum fuit) qui facit mirabilia magna solus: cuius non falsa diuinitas in ficta illo deo violari censebatur. Pompeio obsedente hierusalem aristobolus et hircanus intra urbem plurimum disidebant dum alter ingressus pompeii impedire: alter vt intraret niteretur. Que discordia effectit vt libere pompeius urbem caperet/captivatis itaq; aristobolo et filiis hircanum reliquit pontificem et ducem civitatis: interim tamen Romani insolentes ex victoria effecti sacrum templum irreverenter polluunt: equosq; in portu cu locant: et sacra multipliciter prophanauerunt: qua de re fertur pompeium ex illo tempore infelicem fuisse et semper victum: qui ante victoriosissimus fuit: vnde miserabiliter a julio cesare victus fugit in egyptum vbi ptolomeus rex egypti vt julio cesari complaceret: caput ei amputari fecit et ipsi julio cesari in domum misit: Julius vero cesar eo viso ac diligenter inspecto et cognito: auertit faciem lacrimas mittens pro tanti principis infelicitate. Brenus gallozum dux delphis apollinis templum ingressus: dei voluntate in se manus vertit (scdm valerium vbi supra) qui alia plura exempla commemorat que per ipsum videri possunt. Nero et domitianus fidei nostre hostes accerrimi: penas luerunt sacrilegiorum in templa et sanctos martyres commissorum. Valens quoq; perfidus/ quia sacra et religiosos insequabatur: diuino miraculo in bello contra gothos vitius celesti igne consumptus est. Ex quibus omnibus ac nonnullis alijs vitade prolicitatis gratia ommissis/ patet qualis reuerentia et obediencia debetur religioni et ecclesie eiusq; ministris. Nam apud gentes magna fuit religionis cura: vt testat valerius li. I. ti. I. c. II. dices. Omnia namq; post religionem ponenda semper nostra ciuitas dicit: etiam in quibus summe maiestatis decus conspicitur: qua propter non dubitant sacris imperia seruire: ita se humanarum rerum futura: regimine estimant: si diuine potencie bene ac constanti fuerit famulata. Dec ille. et recitat beatus thomas in tractatu de regimine principum li. I. c. 14. in fine. que licet agentibus dicta sint vel facta ex quo bona sunt: ab eis extorqueri debet sicut ab iniustus possessoribus: et in usus fidelium applicanda vt dicit hieronimus in epla ad pla. et augustinus in. I. de doctrina christiana. dicit. siue quis doceat siue adificat bonum a spiritu sancto est. idem Gregorius in homelia pen. pro vt refert Andreas de isernia in. c. I. §. firmiter ad finem in ti. de probi. seu. alie. per frederi.

Pompeius.

Brenus.

Nero imperator.
Domitianus imperator.
Valens imperator.

Religio apud gentes.

Valezi Maximij Inyeme
dictum

Quarta pars. §. 6.

videtur de mente beati thome vbi supra dixi plene in tractatu de consilio et consiliarijs regis. c. 4. in principio. Et subdit sanctus thomas. quod hec ita erant apud gentes ordinata: apud quos sacerdotium et diuinorum cultus erat propter temporalia conquirenda: que omnia ordinantur ad multitudinis bonum commune: cuius regi cura incumbit: et propterea conuenienter sacerdotes gentium regibus subdebantur: et similiter in lege veteri in qua promittebantur bona terrena: non a deumobus sed a deo vero/ religioso populo exhibenda: semper tamen vt Augustinus dicit sub figura terrenorum spiritualia spirituales iudei et in lege et ante intellexerunt hoc expresse dicitur in multis locis et in li. de medicina penitentie. Ideo in lege veteri sacerdotes regibus leguntur fore subiecti: sed nichilominus tam gentes quam iudei sacris et sacerdotibus reuerentur: et colebant eos tanquam religionis ministros. Hoc idem et multo fortius in noua lege faciendum merito est: in qua est altius sacerdotium/ per quod homines traducuntur ad bona celestia. Unde in lege christi Reges debent sacerdotibus esse subiecti: propter quod mirabiliter ex diuina providentia factus est: vt in Romana urbe quam deus prouiderat christiani populi principalem sedem futuram: hic mos inolefceret paulatim: vt ciuitatis rectores sacerdotibus subiacerent: et quia futurum erat vt in gallia christiani sacerdotij plurimum vigeret religio: diuinitus est permittum: vt etiam apud gallos gentes sacerdotes totius gallie us diffunderet: vt refert Julius cesar in libro: que de bello gallico scripsit scdm beati thome. vbi §. retuli supra. 2. parte. §. 4. omnes ergo christiani etiam reges et impator debent sacerdotibus esse subiecti: et presertim summo et supremo sacerdoti: quem deus ab omnibus gentibus honorari precepit dicens per hieremiam. c. 1. Ecce constitui te super reges et regna. Per sacerdotium autem tubere domino regalis potestas ordinata est. nam. I. regum. 8. dixit dominus ad samuelem sacerdotem. Audi vocem eorum. scilicet filiorum israel petentium sibi regem: et constitue super eos regem. quam obrem reges pape obediunt: et se illi subiiciunt: et coram eo genua flectunt: vt habetur in. c. Solite de maio. et obe. vnde licet papa conditione sit homo: dignitate tamen est super omnes homines. est altior regibus et felicitior angelis: creator sui creatoris: vt de sacerdotibus dici solet: de quibus dominus per iucham. 10. dicebat: qui vos audit: me audit. et consequenter qui eos honorat: deum honorat. et qui eos persequitur: deum persequitur. et qui eos spernit: deus spernit vt ibi dicitur. Quis enim dubitat iniuriam dei ministris illatam deo inferri: quod per prophetam ait nolite tangere christos meos. bene facit. I. quisquis. c. ad legem iuliam maiesta. vbi inferretes iniuriam his qui ad principis latus sunt: lese maiestatis crimine committunt: quasi ipsum principem iniuriasse videantur: quod pars viscerum suorum esse censeant. Siquidem ista de quolibet sacerdote dici possunt:

Religio christiana.

Roma.

De papa.

Regalis potestas per sacerdotium ordinata est.

Contra iniurias ministrorum ecclesie.

Quarta pars. §. 6.

De athila rege.

multo fortius de ipso summo maximoque omnium sacerdotum supermo ipsum christum representante / et vicem eius in terris tenente / et idem consistorium cum christo faciente ut in secunda parte huius operis. §. 4. et se. diffuse diximus. Unde narrat Romanorum historia quod cum Athila Hunorum Rex ecclesiam devastaret: vir sanctus Leo papa ad eum accessit: et omnia que obtulerat obtinuit. territus namque Athila dei nutu fuerat: nec christi sacerdoti aliud respondere valuit: nisi quod ille optabat. Fertur quoque post discessum pontificis interrogatum esse Athilam a suis: cur ultra solitum morem tantam reuerentiam Romano pontifici exhibuerit / quoniam pene ad omnia que ille imperasset: optemperare ipse iussisset. tunc Rex respondit / non se papa personam reuerentem esse: sed alium se virum cum habitu sacerdotali vidisse / forma venustioris / caudice venerabilis / euaginato quoque sibi gladio terribiliter mortem minantem nisi omnia que ille expetisset / impletet: ut hec refert valentis in comuni loquio parte. l. di. 5. c. 8. in fi. Unde reges et principes christiani sumere debent exemplum: ut summo pontifici obediant et pareant. Nam si ille hoc faciebat timore perterritus / et indignationem dei fugiens / cum peruersus esset / adeo quod flagellum domini se dicebat: multo fortius hoc ipsum facere debent principes christiani.

Explicit quarta pars huius operis.
Incipit quinta pars.

Quinta pars. §. I.



Cedamus itaque ad quintam huius operis partem / gratia cuius omnia predicta scripsimus: ex quibus euidenter colligitur quod cum papa sit summus princeps super omnes reges et principes / possit illos increpare: corrigere. castigare: et si opus fuerit / deponere: ut late diximus in. 2. parte presertim in. §. 7. et. 8. Cumque rex et regina nauarre federe ini erint amicitiamque conciliauerint cum rege francois huius schismatis principali auctore: et per consequens fuerit schismatici: ut diffuse diximus et probauimus tercia parte huius libelli / fuerintque lese maiestatis rei: ut late monstrauimus in. 4. parte. §. 1. relinquatur necessario concludendum: quod reges ipsi penas schismaticorum et lese maiestatis reorum incurrerint. de quibus plene in. d. §. 1. disseruimus: inter quas propter huiusmodi crimina priuatur rei dignitas et honores: ut ibi diximus. Itaque iuste fuerit regno suo priuati et multis causis: que et iam dictis colligi possunt.

De priuatione regis et regine nauarre

Prima causa fuit: quod scilicet in schismate predicto / ecclesie afflicte et in tanta necessitate posite: rex et regina nauarre aliisque principes christiani tenentur auxiliu prestare totisque viribus eas defendere: prout reges in sua coronatione iurant: quod iuramentum continet in pontificali ecclesie romane. est textus in cle. vna de iure iura et ibi vocat 10. de pmo. ut diximus supra in quarta parte. §. 3. in fine. Arcaturque de iure ad hoc faciendum: ut diximus supra in. 4. parte. §. 2. quod si non fecerint: poterunt iuste regno priuari: ut diximus supra in. 2. parte. §. 7. cum de potestate pape agebamus: Ubi inter cetera diximus: quod constantinus et leo imperatores constantinopolitani fuerunt impio priuari a papa: eo quod requisiti ecclesiam afflicta non defecerunt. Et merito fuerunt impio priuari: quia omne regnum a deo est: et a voluntate dei regis institutio dependet: ut habet de throno. c. 17. ubi de regis institutione dicitur populo israel. eum constitues regem quem dominus deus tuus elegerit de numero fratrum tuorum. Item danielis. 4. dominabitur excelsus in regno hominum: et cui voluerit dabit illud. Non est quidem potestas nisi a deo. ro. 13. transumptiue in. c. qui resistit. 11. q. 3. et in. c. quid culpatur. 23. q. 1. et. q. 4. c. questum facit illud iohannis. 18. non haberes potestatem aduersum me ullam: nisi datum esset tibi desuper. Magna quippe sunt tamen omnibus dona dei ab eterna collata clementia / sacerdotium et imperium: illud quidem diuinis ministrans / hoc autem humanis presidens ac diligentiam exhibens / vno eodemque principio utraqque

§. I.

Regis ecclesiarum non descendentes sunt regno priuari.

Regna sunt a deo.

Omnis potestas est a deo.

Quinta pars. §. 2.

Reges sūt feuda-
tarij dei vt ecclesiā
defendant alias re-
gno priuantur.

Nō faciens illud
propter quod be-
neficiū recipit per-
dit illud.

Reges tenentur ec-
clesiam defendere
etiā nō requisiti.

procedentia humanam exornant vitam. Ita dicit imperato 2 in au-
tentica quomodo oportet episcopos in principio colla . 1. Unde
salomon in prouerbis in persona dei loquens dicit. Per me reges
renant 2c. Reges ergo quodammodo regnum a deo cuius sunt om-
nia vt psal. 71. et paralipome. 1. c. ultimo accipiunt in feudum cum
hoc onere: vt ecclesiam defendat vt. c. administratores 2. c. principes
24. q. 5. cū alijs plurib⁹ de quibus supra. 4. parte. §. 2. qui si susceptū
ministerium fideiiter gesserint: ecclesias ipsas defendēdo: recte quidē: tan-
tus ei honor exhibendus est / et reuerentia tanta: quantū caput om-
nibus membris corporis ante cellit. quod si non fecerint: tanq̄ ingra-
ti regno sunt priuandi argu. l. si. c. de reuocan. do. et. c. si. de dona.
ad idem facit tex. in. c. 1. quibus modis feudum amittitur et. c. do-
mino guerram in ti. hic finitur lex de inde regni consuetudines inci-
piunt: vbi vassalus qui dominum non defendit: feudo priuatur. Nō
est enim alia iustior causa beneficii auferendi: quam si id propter qd
beneficiū datum fuerit: hoc est seruitium facere recusauit / quia be-
neficiū amittit: ita dicit tex. notandus in. c. 1. §. Item qui domi-
num. n. sed non est alia in titulo: que fuit prima causa beneficii am-
mittendi li. seu. bene facit. l. quero. §. inter locatorem. ff. locati: vbi
conductor expellitur a domo conducta: si non soluit pensionem: Ad
idem. l. si. ff. de rescidenda venditione: vbi emptor perdit beneficiū
emptionis: si non soluit precium. Ad idē. c. peruenit. el. 2. de. iure iu-
rā. vbi non tenetur quis seruare promissū uenā cum iuramento: si alte-
ra pars non seruauit. Cum autē reges christiani teneantur ecclesiā
afflictam defendere / hoc ipso quod sciunt ecclesie calamitatem: quan-
in .c. lege imperatorum et in .c. si in adiutorium. 10. di. et in .c. l. de noui operis nunciatione. Itaque delicti gravitas est causa efficacissima propter quā aliquādo puniuntur homines absque propria culpa: habemus exemplum in eo quod legitur iudicium. 21. c. vbi dicitur quod cum aliqui ex filiis beniamini accepisset uxorem cuiusdam et incredibili furore libidinis: venissent: denique mortua est. Congregati sunt omnes alij filij israel de alijs tribubus vindictam fecerunt de filiis beniamin: ita vt interficerent viginti quinque millia pugnatorum / nec remanserunt de illa tribu nisi sexcenti viri. Quo exemplo patet: quod cum grande scelus (vt est schisma vel rebellio contra ecclesiam vel summus pontifex) committitur: non solum puniuntur hi qui scelus perpetrarunt: sed etiam filij et plures alij vt diximus supra in .4. parte. §. 2.

Notabile exemplum

Alia adhuc ratio assignari potest quare filij schismaticorum puniuntur ex paterno delicto. scilicet pronitas hominum ad delinquendum in hoc crimine. Multociens enim homines ex diuersis causis procurant schismata fieri in ecclesia dei. Et vt ab huiusmodi pronitate retrahantur penarum metu: graues pene impositæ fuerunt etiam in lege veteri: quia enim iudei proni erant ad contentionem et schismata excitanda: iuxta illud quod dixit moyses de vtro. 31. Ego enim scio contentionem vestram et ceruicem vestram durissimam. adhuc vivente me et ingrediente vobiscum semper contentiose egistis contra deum: quanto magis cum mortuus fuero. Et primo esdre. 4. c. scribitur inueniuntur fuisse in libris historiarum antiquorum patrum: quod ciuitas illa hierusalem / vbi iudei habitabant / a diebus antiquis aduersus reges rebellabat et seditiones et prelia concitabantur in ea: Unde propter hanc pronitatem chore bathan et abirō concitantes schisma aduersus moysen: pena grauissima et in assuetam puniti sunt: ita dixit notabiliter augustinus de anchona in li. de potestate ecclesie. q. 25. ar. 4. diximus supra 4. parte in principio. Ideo tenet archiepiscopus flo. 2. parte ti. 3. c. ii. §. l. in fine / et ratio est secundum eum: Quia cum pene sint quedam medicine ad arcendum homines a peccatis: ideo aliquando vbi est maior pronitas ad peccatum aliquod: seuerior debet pena adhiberi. Sicut etiam ab ecclesia maior penitentia iniungitur uxoricide quam matricide: ex eo quod proniores sunt homines ad occidendū uxores / quā matrē: vt. c. ad monere. 33. q. 2. vt igitur homines schismata procurantes sciret se puniendos non solum in se ipsos: verum etiam in filios: quod grauius ferre solent. vt. l. isti quidem. ff. qd metus causa: graues pene etiam filiis impositæ sunt et grauiores quā in alijs maioribus criminibus: vt per hunc modum homines a schismatibus se auertant: quanquam et hoc crimine satis sit graue vt in .4. parte plene demonstrauimus. in tantis ergo ista pena imponitur filiis pro patre

Pronitas delinquentium.

§. 11

Quinta pars. §. 8.

tum peccatis: in quantum contingit parentes tritari de pena que filiis infligitur: ut sic patres in filiis puriantur: et sic redundat pena in auctores peccati. ita dicit episcopus abulensis mathei, 5. c. 9. q. 330. co. 2. ubi late differt questione an et quando filii puniantur propter delictus parentum de qua per sanctus thom. 2. 2. q. 108. ar. 4. ubi inter cetera dicunt quod in crimine lese maiestatis: filius punitur pro delicto patris: ut volunt iura preallegata. quamvis pena spiritali pro delicto patris non afficiantur: ut ibi lacius per eos.

Restat nunc respondere ad quasdam obiectiones: que contra predicta fieri possunt in fauorem filii regis et regine navarre: quarum aliquas tetigimus supra in §. 6. Prima assumitur ex l. iura. ff. de iure patro. ubi si pater perduellionis crimine commisit et propterea damnatus est: iura libertorum paternorum salva liberis manent. Ad idem. l. eorum. ff. ad legem iuliam maiestatis: ubi si pater crimine lese maiestatis commisit: et propterea fuit damnatus: eius bona liberis conservantur. Publicatis enim bonis alicuius ex quocumque delicto: reservatur filiis legitima in bonis paternis ut. l. cum ratio. ff. de bonis damnatorum: et in authentica bona damnatorum. c. eodem. Ad ista respondetur quod iura predicta sunt hodie correcte predictas legem quisquis. c. ad legem iuliam maiestatis secundum cymum et alios ibi idem voluit glo. cymus bal. et communiter alii in l. i. c. de bonis libertorum tenentes: quod in crimine lese maiestatis confiscantur bona delinquentis exclusis etiam filiis.

Secunda obiectio est: quod in casu de quo agimus: videlicet de successione regni navarre: non agit de bonis vel successione parentum: sed potius antiquorum regum navarre: quibus videtur succedere rex novus: et a quibus regnum deferretur ut. l. coheredi. §. cum filio. ff. de vulgari et pupi. cum alijs de quibus supra §. 6. itaque non habet a parentibus nisi virtutem: quam trahit alumbis eorum circumscriptione hereditarium facultatum iure: ut dicebat bal. consilio. 417. ergo a successione regni non debuit filius excludi per textum singularem in l. cum quibus. ff. de interdicto et re. et. l. diuifres. ff. de iure patro. et in. c. l. §. 1. in ti. si vassal feudo pater. Ad ista similiter respondetur per ea que dicta sunt in §. 7. videlicet quod non habet locum in crimine lese maiestatis: maxime quoniam commissum est in primo capite versus contra supremum principem. Ita tunc filii committuntur: efficiuntur in habiles et in capaces cuiuscumque successione ex testamento vel ab intestato proximorum et extraneorum: ut est casus notandus in preallegata. l. quisquis. §. filii vero. Sunt preterea infames et ratione infamie non admittuntur ad dignitates vel regna: ut in precedenti §. diximus.

Tercia obiectio est quod cum regnum navarre sit proprius patrimonium ipsius

Oppositio.
An propter crimine lese maperdat dat quis bona.

Solutio.

Oppositio.

Solutio.

Oppositio.

Quinta pars. §. 8.

regine: ac propter suum delictum in vita sua iuste fuerit regno privata: ea tamen defuncta: regnum debetur eius filio primo genito non obstantibus predictis: que si bene advertantur: loquuntur: quando pater delinquit: non quando mater: ut colligitur ex textu in. d. l. quisquis. Unde cum sumus in materia odiosa et penali. l. loquens in patre: non debet extendi ad matrem: cum non subsit eadem ratio que in patre. Pater enim et filius pro eadem persona reputantur: non autem sic est in matre et per consequens filii non afficiuntur pena illius legis matre committente crimen lese maiestatis: ita tenet ibi odofredus. 2. co. §. quero quid erit. Cymus. 2. co. §. circa istam. l. hos sequuntur nicholaus oldradus et alberti. l. co. §. querit glo. et salicetus in. d. §. filii. l. co. §. adhuc quero. Quicquid isti desperint: contrarium et verius tenuit 230 quem refert et sequitur glo. ordinaria in. d. l. quisquis §. filii. §. minus auras: quam sequuntur ibi petrus et alii antiqui doctor et glo. in. c. statutum el. 2. in verbo inane de heredi. li. 6. cum qua transeunt ibi doctores. approbat etiam bal. statim post principium motus ex eo quod. l. illa non loquitur distincte de patre: immo loquitur per verbum uniuersale quisquis: quod de sui significato ratione subauditur substantiu homo: qui est comunis generis comprehendit masculinum et femininum significatum: non per interpretationem extensiuam: ut notatur. ff. de reu. in rubrica. facit. l. i. ff. de verborum significatione et in. l. illud. c. de sacrosan. eccle. et in. l. transigere. c. de transactio. secundum bal. ibi quem moderni comuniter sequuntur ibi: et in. §. interdum instituta de heredita. que ab intestato deferuntur. ubi hoc firmat angelus aretinus in fine et in tractatu malefactorum in parte que ay tradito la tua patria. co. 6. §. et advertendum dicens hanc esse comunem opinionem. et in simili allegat glo. notabilem in. l. femine. c. de secundis nuptijs: que dicit quod ille textus. qui loquitur in matre ad secundas nuptias transeunte: habeat locum in patre: quamvis materia sit penalis et odiosa. Ad idem facit textus in. c. si quis cum militibus. 6. q. 1. ubi canonizatur. d. l. quisquis: nam verbus siquis ibi positum: comprehendit siquis secundum glo. archidia. et alios in. c. si quis suadente. 17. q. 4. tradentes regulam quod verbum masculinum platum a lege crimina puniente: feminas comprehendit: quia ita peccant femine sicut masculi: licet quandoque minus puniantur. ad hoc bonum textus in. l. si quis in tanta. c. unde vi et. l. si quis non docet rapere. c. de rap. virginu. l. quicumque. c. de seruis figuris. c. ubi dicitur de penis. li. 6. et i. de. 1. eo. cum multis similibus. et ista opinio est tenenda et sequenda: cum quod comunis iuxta notata in. c. 1. de costi. cum quod est opinio glo. ordi. que ceteris opinionibus est preponenda: ut voluit iacobus butricalis in. l. i. c. qui pro sua iurisdictione et cymus in. l. i. c. de accio et obliga. bal. et alii

Solutio.

§. iiij

Quinta pars. §. 8.

in pluribus locis quos moderni doctores cumulare solent: quos referre non auro.

Opposio.

De filijs ante crimē
natis.

So.

Quarta obiectio que magis videtur urgere. scilicet quod filius regis et regine navarre fuit natus ante crimen a parentibus commissum. In quo non presumitur quod sit paterni criminis imitator: quia non descendit a sanguine infecto. Ad hoc. l. emancipatum. ff. de senato. et l. duo marchio. c. de questionibus. hoc tenent petrus cynus et angelus in. d. l. quisquis. Hinc est: quod filij hereticorum orthodoxi nati ante crimen heresis per patrem commissum non afficiuntur penis a iure inductis / maxime ut non possint admitti ad honores et officia publica: ita notat concludit calderi. con. 5. in ti. de hereticis. Ita ergo videtur dicendum in casu nostro. Sed contrarius tenet albericus in. d. l. quisquis co. 2. ff. sed nunquid hec lex: Immo quod filij etiam antea nati afficiantur penis illius legis propter rationem ibi positam: que similiter illos includit cum dicit: quod filij presumuntur imitatores parentum. Itaque imperator non fuit motus ex presumptione sanguinis corrupti: a qua filij derivatur: sed potius ex eo quod presumuntur parentum imitatores: imitari autem possunt filij parentes: non solum si nati fuerint post delictum a parentibus commissum: sed etiam si ante. itaque non minus in eis hereditarij criminis exempla sunt metuenda: sicut in alijs postea natis: et cum sit eadem ratio in vtrisque: eadem erit iuris dispositio ut. l. adigere. §. quisquis. ff. de iurepa. lex ergo illa que simpliciter de filijs loquitur / de vtrisque debet intelligi / presertim cum loquatur de filijs natis ante supplicium patris: qui eodem deberent puniri supplicio: quod est speciale in crimine lese maiestatis secundum salicetum in. d. l. quisquis. §. filij. 2. co. ff. quero si isti: que refert et sequitur angelus arenus in tractatu maleficiorum in parte quebat tradito la tua patria co. 7. ff. querit ibi salicetus: cum quo transit ibi augustinus in additionibus allegat pro hoc glo. singularem in c. si quis cum militibus in verbo filij in fine. 6. q. 1. que hoc in terminis decidit: quam approbat ibi dominicus: tum per illam litteram: que simpliciter loquitur de filijs: tum quia prohibet emancipationem fieri de filijs post delictum: que presumitur fieri in fraude: ut in eos bona conferat pater delinquens: ut sic non veniat ad fiscum: ut est glo. in. d. l. quisquis in verbo non valeat. Et pro ista opinione facit quod tenet hosti. et sequitur io. an. in. c. in quibusdam in verbo posteritates de penis: ubi dicit: penam illius decretalis habere locum etiam in istis natis. Hoc idem repio tenere episcopus ouetenses in tractatu hereticos. q. 23. co. 5. Ubi per hoc dicit: quod filij hereticorum etiam nati ante heresim commissam: incurrunt penas a iure statutas contra filios hereticorum: allegat ad hoc textum singularem in. c. statum. §. si. de hereticis li. 6. ubi cum dicit vel et

Quinta pars. §. 8.

les etiam decessisse probantur: ex quo trinitur sufficere quod patres eorum in morte fuissent heretici. Nec potest dari conveniens solutio ad illum textum. Ad idem facit. c. filij eo. ti. quod loquitur de illis / qui ostenderunt signa heresis cum decumberent in lecto propter infirmitatem: de que decesserunt secundum eum. Et quantum ille non dicat idem videtur sentire io. an. in. c. ut commissi. eo. ti. et li. co. 2. in. ff. priuandi. ubi dicit non esse veram illam distinctionem: que aliqui faciebant: aut beneficia fuerunt collata filijs vel nepotibus hereticorum ante delictum commissum vel postea: quomodo utroque casu perdunt beneficia ipso iure. Unde non est necesse quod per sententiam priuatur: sed satis est declarare illos fore priuatos. allegat ad hoc textum singularem in. c. felix §. quod si quis de penis li. 6. Ubi filij in sequentibus cardinales sunt priuati ipso iure omnibus beneficijs: que habebant ante delictum commissum a parentibus. Et si dicatur: alius est casus: dicit io. an. quod ratio est maior in heresi: et cum hoc transeunt ibi doctores comuniter signanter dominicus in. §. priuandi. co. 1. et philippus in principio. alij tamen defendunt illam distinctionem quam io. an. reprobat per textum in. c. qui cumque iuncto. c. statutus de hereticis li. 6. ubi filij hereticorum in habitantur ad beneficia obtinenda / de obtentis nichil dicitur. Pro istis facit textus in. c. iam itaque et in. c. non imputari. l. q. 4. et glo. in. c. satis peruersum. 56. di. Sed quantum inter doctores si differentia quantum ad officia et beneficia ante delictum commissum obtenta: in obtentis tamen omnes sunt concordantes quod redduntur inhabiles ad ea obtinenda per textum in. d. §. quod si quis / modo fuerint nati ante delictum commissum vel postea. Ita ergo videtur dicendum in casu nostro.

Quinta obiectio est quod cum textus in preallegata. l. quisquis loquitur de his qui factionem iniunt contra personam imperatoris eorumque filijs: et sic de illis qui committunt crimen lese maiestatis in primo capite: non videtur quod possit nec debeat trahi ad illos qui ex secundo vel alijs capitibus illud commiserunt: ut expresse decidunt ibi docto / comuniter omnes presertim odofredus cy. Angelus et salicetus: et per consequens cum rex et regina navarre directe non conspirauerint contra ecclesias vel romanum pontificem / sed fedus solummodo inierint cum rege francorum: non videtur quod contra eos et multo fortius contra eorum filium primo genitum dispositio penalis illius legis trahi possit. Ad hoc patet solutio ex predictis: quomiam ut in precedentibus dictum est: hoc ipso quod fedus inierunt cum rege francorum ecclesie inimico huiusque schismatis auctore: effecti sunt ecclesie inimici et conspiratores contra ecclesias romanumque pontificem diximus supra in. 4. parte. §. 1. versi. sunt preterea schismatici / et per consequens pena illius legis comprehendit

Opposio.

An et quando propter crimē le. ma. a patre commissum puniatur eius filij

g iij

Quinta pars. §. 8.

eorum filium. Et posito (sine veritatis preiudicio) quod rex et regina navarre non reputentur principales huius schismatis et rebellidis auctores: reputabuntur saltem fautores et auxiliatores vel cōsocii seu satellites: ut ex precedentibus satis patet: contra quos eorumque filios pena dicte legis locum habet: ut expresse dicitur in eadem. l. cur? verba sunt hec. Ad quod de predictis eorumque filiis cavimus: de satellitibus cōsociis ac ministris filijsque eorum simili auctoritate censemus. hec ibi. Et quibus constat apertissime: quod imperator voluit punire omnes intendentes circa factionem contra eum / tam principales quam accessorios vel adherentes / eorumque filios nepotes et alios descendentes: ut declaratur per constitutionem frederici imperatoris secundi: quā romana ecclesia postea approbavit: cuius verba recitat cyrus in. d. l. quis quis in fine: ubi ponitur verbum liberorum: ut ceteros descendentes comprehenderet. l. quod si nepotes. ff. de testamētaria tutela 2. l. liberorum. ff. de verborum signi. secundum cy. in. d. l. quisquis: quem simpliciter refer ibi alberi. co. 2. versi. Itaque queritur. Val. tamen dicit quod per illam constitutionem hodie est declaratum: quod ista pena non extendatur nisi usque ad primum et secundum gradum: Quod tamen quidam intelligunt in posteritate paterna: in materna autem dicunt non transire delictum ultra primum gradum ad instar criminis hereseos ut c. statutum de hereticis. li. 6. cū in preallegata constitutione frederici simili pena puniat hereticos: qua crimen lese maiestatis contra principem committentes. Et sic cum decretalis illa in crimine heresis sic exaudiatur et interpretetur: sic exaudiri dicunt in crimine lese maiestatis. ista sunt verba saliceti in. d. l. quisquis in. §. filij in. 4. q. Idem in effectu videtur sentire ange. in. d. l. quisquis. 2. co. versi. itē tempore huius legis. Et cum sit ego arbitror: quod et si per iura cōnōnica et civilia hoc non sit bene discissum: per eadem tamen iura non sit abbreviata vniuersalis potestas ecclesie et romani pontificis in toto orbe: cuius virtute potest reges et principes christianos increpare. corrigere et si opus fuerit deponere: ut plene dictum est in. 2. parte. §. 7. Quia cum par in parem non habet imperium ut. c. innotuit de elec. non potuerunt romani pontifices futuris successoribus legem imponere ut. c. felix. §. ceterum de penis li. 6. et ibi glo. in verbo possit extendere: cū quilibet romanus pontifex possit supra ius dispensare: et iura de nouo cōdere ut. c. proposuit de concessio. pre. potuit ergo romanus pontifex reges uauarre regno priuare excluso etiam filio / et omnibus descendentes similiter exclusis prout alij romani pontifices hoc ipsius fecerunt: de quibus diximus supra in. 2. parte. §. 7. ubi inter ceteros commemorabimus leonem et constantium imperatores constantinopolitanos fuisse imperio priuatos: quia requisiti ecclesiam defendere noluerunt.

Leo constans imperatores

Quinta pars. §. 8.

propterea imperium fuit translatum in aliam gentem penitus extraneam. s. in germanos: et datum est charolo magno: ut narrat gl. in. c. venerabilem de elec. De quo latius dictum est in preallegato. §. 7. Et si dicatur: quod istud exemplum parum facit ad propositum nostrum: eo quod agitur de priuatione imperij: ad quod non deuenitur per viam successionis sed electionis: ut. d. c. venerabilem: Dico quod ea ratione qua papa potuit transferre imperium a grecis in germanos et exclusis omnino grecis: apud quos imperium tunc temporis erat: poterit similiter ex iusta causa regnum a gente in gentem transferre exclusis omnibus hominibus illius gentis: apud quos regni prius erat vel descendentes ab illo: qui regnum ipsum tenebat. Sic legitimus factum fuisse antiquis temporibus: quando zacharias romanus pontifex childericum francozum regem a regno deposuit: et pipinus charoli imperatoris patrem in eius locum substituit: ut habetur in. c. alius 15. q. 6. diximus in preallegato. §. 7. Similiter factus est in in priuatione desiderij regis longobardorum de quo supra parte. 2. §. 7. propter iniurias zacharie romano pontifici illatas: quas charolus magnus pontificis iussu vindicauit desiderium superans et vincens: et in francias lugdunum cum vxore et liberis in exilium mittens. Postea longobardis fracos prefecit: qui eos in pace retinent. Atque ita anno salutis nostre. 774. longobardorum regnum finem accepit. Unde ea gens durcensis iam triginta et pene duobus annis maiori italie portione potita nichil iam externi preter nomen retinebat. fuit autem sub duobus et viginti regibus ab albuino usque ad desiderium post rectum: tunc autem quo ad se filiosque et posteros omnino extinctum: ut chronice illius temporis attestantur. Si ergo tunc temporis romani pontifices illud facere potuerunt: multo fortius his temporibus romanus pontifex illud facere potest: quia ecclesia per incrementa temporum semper maiori potestate utitur ut. c. displicet ad fines. 23. q. 4. Tenet augustinus de anchōa in li. de potestate ecclesie. q. 37. ar. 5. diximus supra in fi. 2. partis. Ad confirmationem predictorum pondero textus in. c. grandi de sup. negli. prela. li. 6. Ubi ille rex portugalie dissipator erat et negligens / et per vtrumque poterat remoueri: ut dicit ibi glo. in verbo regis in principio: sed papa volens gratiam facere: non remouit reges: sed coadiutorem sibi deoit: protestatur tamen papa: quod per hoc non intendit memorato regi vel ipsius legitimo filio: si quem habuerit / predictum regnum adimere: quasi velit dicere: quod si non diceret illud: videretur adimere regnum etiam filio. Si autem ibi fuit specialiter pro visum: in contrarium erit regula: ut priuato regno patre ex iusta causa priuatur similiter filius et descendentes. Ad istius sensus potest trahi auctoritas saluatoris mathei. 21. cū dicit. auferetur a vobis regnum: et

Childericus rex.

Desiderius rex.

Ecclesie potestas creuit

Rex portugalie.



Quinta pars. §. 9.

dabitur genti facienti fructus eius declarata eomodo quo supra declarauimus ista eadez parte. §. 4. Et alie auctoritates de quibus ibi: vt si aliqua gens vel aliquis ex certa gente vel certo genere regnum tenens aliquod: graue delictum commisit: propter quod illud perdere meruit: auferetur ab eo regnum et poterit dari alteri genti penitus extranee/ exclusis filijs et alijs illius gentis vel generis hominibus. Ad hoc bonus tex. in. c. si de rebus. 23. q. 7. cuius litteras recitauimus supra ista parte. §. 4.

§. 9.
De auctoritate sacre scripture.

Hec autez regni priuatio respectu filij et descendendum habet etiam fundamentum in sacra scriptura: cuius auctoritas cunctas alias antecellit: et nichil est dignius: quam vt homo sit sui auctoris imitator. Et secundum modum proprie facultatis diuini sit operis executor. Ita notater ad propositum dicit leo papa in quodam sermone de ieiunio quadragesimali quinto incipente apostolica prope finem. omnes enim dei actio nostra est instructio. c. significasti de elec. et. c. qualiter et quando el. 2. de accusa. et. 2. q. 1. c. deus omnipotens. Ex sacra enim scriptura si recte aduertatur: a pertissime ostenditur: quod aliqui reges propter sua demerita regno priuati fuerunt: eorumq; filij et posterij: et in alias gentes penitus extraneam regnum aliquando fuit translatum: vt pater in aliquibus exemplis que supra in. 2. parte. §. 9. narrauimus. Saul enim primus iudeorum rex a deo datus/ propter inobedientiam: quia non exterminauit omnes amorreos eorumq; substantiam: vt samuel propheta ei preceperat: regno priuatus est ipse et filius eius: et datum est dauid: qui regnauit post eum: vt habere Danielis. 5. et. 1. regum. 15. Salomon filius dauid propter sua demerita perdidit medietatem regni sui: quod ablatum est a roboan filio eius: ab ipso vero roboan et filijs eius ablati sunt undecim populi propter suam superbiam et alia demerita: vt colligitur ex. 3. regum. c. 11. 12. et totum regnum ablatum fuisset ab eo: nisi dauid merita obtinissent iuxta illud psalmo. 31. propter dauid seruum meum non auertam faciem christi mei. de ablati autem/ nichil ad filium suum peruenit. Athalia regina israel similiter priuata fuit regno et occisa regnumq; datus est iehu qui regnauit post eam: atalie filijs exclusis. Reges edon et seon eorumq; filij regno priuati sunt et occisi: quia filijs israel transitum ad terram promissionis impediabant resistentes eis: et regnum eorum iudei acceperunt vt habetur numeri. 21. transumptue in. c. fi. 23. questione quinta. De quo per iosephum libro quarto capitulo. 3. de antiquitatibus iudeorum. dicti supra ista. §. tercio de virtute namq; parentum protenditur successio filiorum in regno. et succe-

Saul rex.

Salomon rex.

Roboan rex.

Athalia regina.

Reges edon et seon

Quinta pars. §. 8.

dentium felicitas/ ex decedentium vel precedentium iniquitate prestatitur. nam spiritus sancti certum est testimonio: quia iniusti de peribunt simul: et relique impiorum interibunt. Si quidem iustis regibus conceditur a domino/ vt ipsi eorumq; filij longo tempore regnent: vt dicitur deuteronomi. 17. c. Si iniusti: domini mandata preuaricati fuerint: et sanctam ecclesiam quam defendendam suceperunt/ non defendant: iuste ipsi reges eorumq; filij regno priuantur: vt late in precedentibus dictum est. Continuat quippe regnum in successores et in eos tunc demum protenditur: quando ipsi domini precepta obseruant. Aufer inquit salomon prouerbiorum. 25. c. impietatem de vultu regis: et firmabitur iusticia thronus eius. Si enim a vultu idest a voluntate et operibus regis/ recedit impietas idest irreuerentia erga deum et sanctam ecclesiam: totius regni opera virga equitatis et cultu iusticie diriguntur. Unde illud. rex qui sedet in solio iudicij: dissipat omne malum intuitu suo. Ecce quanto priuilegio gaudent principes deum timentes et ecclesiam defendentes perpetuatur enim regni gloria etiam in carne et sanguine suo. Gloriat dominus se virum inuenisse secundum cor suum: et cum eum in regni apicem postmodum sublimasset: succedentium sibi filiorum curriculo/ regnum ei perpetuum pollicetur. de fructu ventris tui (inquit) ponas super sedem tuam: et si custodierint filij tui mandata mea/ que iam dedi: et testimonia mea que (per me vel vicarios meos) docebo illos: et ipsi et filij eorum sedebunt super sedem tuam. psalmo. 131. et subdit. et ponam in seculum seculi semen eius/ et thronum eius sicut dies celi. Si autem dereliquerint filij eius legem meam: et in iudicij meis non ambulauerint: si iusticias meas prophanauerint: et mandata mea non custodierint: visitabo in virga iniquitates eorum et in verberibus peccata eorum. psalmo. 88. hec de dauid eorumq; posteris dicta fuere. sed quonia eorum posterij multipliciter transgressi fuerunt legem diuinam: vt patet ex discursu 4. regum et. 7. paralipomenon: ideo ista successio in dignitate regni tempore sedechie fuit interrupta: vt habetur. 4. regum ultimo. c. et merito quoniam malignitas evertit sedes potentum vt scribit in libro sapientie. c. 5. in fine. Sedes duarum superborum destruxit deus/ et sedere fecit imites pro eis ecclesiastici. c. 10. sed que maior ac detestabilior malignitas et superbia regum esse potest. quam eorum qui regnum a manu dei recipientes: vt suas sanctam defendant ecclesias: non solum non defendunt: immo offendunt. Quam obrem iuste a sedibus suis ipsi eorumq; filij dei ciuntur. et regnum transfertur de gente in gentem/ et deletis his hereditibus: qui secundum carnem esse videntur: transferat successio ad illos/ qui fidei et iusticie inuentur heredes. in eorum promissionis subsistit veritas/ et rata permanent que ex ore altissimi pro-

Quinta pars. §. 9.

cesserunt q̄ iustis regibus successione fidelium semē permanet in eter-
num adeo si quides vt si omnibus recte dispositis et in eis manentibus:
nulla videatur esse sollicitudo vel officium presidētis: constat his
qui semel principem admiserunt: de semine illius successione non de-
futuram saltes ad conseruandam sanguinis claritates. Quod et isto-
riarum liquet exemplis. fertur enim quod cū magnus alexander vlti-
mum litus oceani perlustraret: brachmanorū insulam debellare pe-
rabat. ad quam illi in his verbis miserunt. audiuius inuictissime
rex prelia tua et felicitatem victorie vbiq̄ subsecutam. Sed quid erit
homini satis/ cui totus nō sufficit orbis: diuitias non habemus: qua-
rum cupiditate vos debeas expugnare: omnibus bona/ omnibus co-
munia sunt: esca est nouis pro diuitijs: pro culibus et auro/ vtilis et ra-
ra vestis. femine autē nostre non ornantur/ vt placeant/ quem quides
ornamentorum cultus/ potius oneri deputant/ quam decozi. et enim
nesciunt in agenda pulchritudine plus affectare: quas quod nate sūt:
antra nobis duplicem vsum prestant: regumentum in vita: in morte
sepulturam. Regem habent non pro iusticia: sed pro nobilitate con-
seruanda. Quem enim locus haberet vindicta: vbi nulla fit iniusticia
his verbis motus alexander: nullam ratus victoriam/ si eorum paces
perpetuas turbaret: in quiete sua dimisit. 2. forte si eos bello fuisset ag-
gressus: minime preualuisset aduersus innocentes: eo quod innocen-
tia nō facile superatur. 2. veritas suis vrbibus constas: de malicia quā
tumis armata triumphat secundū policharū li. 4. c. II. cum autem in
casu de quo agimus tam facile fuit maiestati vestre totum nauarre re-
gnum expugnare acquirere et obtinere: credendū merito est ex iustis
causis a domino factum esse/ propter regis et regine malicias dolos
et fraudes aduersū deum et sanctam ecclesiam pertinaciter perpetratos:
necoum non defedendo vt tenebantur: verum etiam offendēdo
ac persequendo (vt sepe dicitur est) vt impleteretur illud celebre sapien-
tie dictum ecclesiasti. 10. c. (cuius pluries in precedentibus mentionē
fecimus). regnum agente in gentem transfertur propter iniusticias
et iniurias et diuersos dolos. Quapropter in breui subuersū fuit so-
lium patris regis in populo dei saul et iouathe cū ceteris filiis exigē-
tibus cuplis in montibus corruerunt/ vt thronus illius qui de posse-
tantes electus firmaretur. Omnium hystoriarū si percurramus seriem
et regni successiones: in breui videmus/ et quasi in epoxidio tele domi-
no precedente/ succisas. 2. quo reges fuerint clariores: eo citius: si ad-
uersus deum innumuerunt: conculcatur semem eorum. Non est sapien-
tia/ non est prudentia/ non est consiliū contra dominū / certe nec for-
titudō/ si ille insurgit / si persequitur: ad emendicata sacramentorum
suffragia/ ad precidia munitionū frustra de curritur. Quis non est qui

Quinta pars. §. 9.

de manu illius possit eructe. Quis alixandro maior in grecia? et tamē
nō sius legitur successisse sed filius saltatrici. Quis cesaree dom? se-
riem nescit rarus eorum aut nullus filium relinquit heredem. Om-
nes et in breui post varia pericula et cedes sui et suorum plurimas di-
uersis mortibus / et fete ignominiosis quasi in momento deleri sūt:
et descendentes ad inferos: successores habuerūt/ aut hostes/ aut igno-
tos. Quid obsecro tam potentia regna / tam cito subuertit et trans-
tulit? certe indignatio dei: quam in se multiplex iniusticia prouoca-
bat. Est autē (vt stoicis placet) iniusticia mētis habit? q̄ a regide mo-
rū exterminat equitate. animā namq̄ priuare iusticia: ex priuatiua par-
ticula nominis declaratur. In eo autē maxime iusticia constat: si nō no-
ceas: et ex officio humanitatis prohibeas nocētes. Cū vero nocēs: ac-
cedis ad iniuriā: cū nocētes nō impedis: iniusticie famularis. est autē
cōtumelia / quādo timorē mētis in lesione alterius manifesta/ operis
sequela committatur. eoz̄ iniquitati seruiūt: qd̄ in eoz̄ cui reuerētia p
cōditione officij vel nature cōsortio debetur: insolēter in surgit. Dol?
autē est (vt diffinit aquli?) cū aliud agitur: et aliud simulatur: malus
vtriq̄ quoties sit intēde nocēdi. Differt autē plimū dol? a cōtumelia
qm̄ hec superbe et manifesto: ille fraudulēter et q̄si ab insidijs nocet.
Dol? namq̄ ex timiditatis imāgie: infirmitatis notā h̄s: et fortitudini
plimū aduersat scōs plucharcū li. 4. c. si. regū igit̄ glia trāssert̄ dgēte
ingentē si iusti/ iniuriosi/ cōtumeliosi/ inuēti fuerit aut dolosi. Cū autē
rex et regina nauarre tales fuerint aduersus ecclesiā sanctā eiusq̄ pa-
storem: iniuste / iniuriose. contumeliose et dolose agentes: facien-
do ligas et confederationes cū inimico ecclie: merito de? ipe eos eo-
rūq̄ filios etiā primogenitū regno priuauit: itavt merito eis dici pos-
sint verba q̄ samuel dixerat sauli iudeorū regi quādo regno fuit priua-
tus q̄ habent. 1. regū. c. 13. stulte egisti/ nec custodisti mandata dñi dei
tui: qd̄ si nō egisses: iaz nūc preparasset dñs regnū tuū super israel
in sempiternū: sed nequaquas regnū tuū ultra cōsurget. Quesiuit si-
uit dñs virū iuxta cor suū: 2. precepit vt esset dux super populū suū. hec
ibi. iustus enī qui ambulat in simplicitate sua: beatos post se filios
relinquet puerbiorū. 20. Qui ergo in iust? fuerit: et nō in simplicitate:
sed in malicia deū et eccliam offenderit: miseros et absq̄ honore
filios relinquet. Ex quib? omnib? simul iūctis clare cōstat qd̄ iulius se-
cūdus pōtifex maxim? regē et reginā nauarre eoz̄q̄ filios 2. descen-
dentes regno priuare ponit/ 2. occupādi illud cuiusq̄ licentiā face-
re / 2. consequēter maiestas vestra illud occupās/ iuste retinet.

Finis quinte parte.

Iniusticia.

Iniuria.

Contumelia

Dolus.

Conclusio.

Sexta pars.

Hiliceret rex inuictissime pōere tā metas labori huic quē maiestas v̄ra meis humeris imposuit: tamen q̄ diuersa sunt hominū studia: et vnusquisq̄ gaudet easibi proponi que didicit: in quibusq̄ nutritus est: et quibus assuefactus iuxta aristotelis sententiam: iccirco non ab re erit si postea quas de iure: prout dominus dedit: locuti sumus: iam tandem in hac sexta operis parte hystorice aliquid differamus: vt appareat quemadmodū regum nauarre post miseram illam et calamitosam hispanie cladem vniuersalem fuerit viciōsus ingressus: ac per inde fortassis sic iustissimus deus preordinauerit: et iam tandem effecerit: vt regnum illud mutationem susciperet: et ab alio in aliū transferretur: sacro eloquio testante (vt iam supra meminimus) regnum a gente in gentem trāferri nonnumq̄: propter iniusticias iniurias contumelias et diuersos dolos. Que omnia ad propositum facile possent adaptari: cum preter ipsum iniquum ingressum quo ab eneco arista reges precedentes dominio illo potiti sunt: hec illi finitima regna taz aragonie q̄ castelle temporibus ante actis tam remotis q̄ propinquis: ab illa terra et gente multas fuerūt passa iniurias et nocumenta. Quia igitur pleriq̄ homines narrationi rerū siue hystorie potius sunt dediti: q̄ sciētie iuris: quippe qui in ea educati non fuerūt: nec imbuti et de illo cognitionis genere non est qui aliquid non degustet: ab hoc autem multi sunt alieni et experies: ideo vt omnibus satisficiamus: nam sapientibus et insipientibus debitores sumus (vt ait apostolus) de origine et successione illius regni altius reperētes: dicere aggrediamur vt ea etiam que in exordio operis promissimus: adimpleamus.

Finis.

Sexta pars. §. I.



Inuestigandas igitur nauarorum originem antiquitatem et successum quamuis difficile sit / res nimium a nostris seculis remotas propter earum paruum et umbratilem cognitionem: tamen a vetustissimis scriptis exordiendo vsq̄ ad nostra tēpora: ea que hac atq̄ illac lectitādo adiuuimus: sub breuitate et compendio referemus. Cum itaq̄ post alias nationes / que p̄scis temporibus in hispaniam venientes / eas obtinuerunt: tandem hercules aduenisset / et post eum alij duces ex grecis: in dominium grecorum venit hispania tota et sub eo extitit multos annos. Qui cum per multa secula ipsius dominum tenuissent: tandē a poentis ab ipsa expulsit sunt. Itaq̄ (vt ait iustinus in ultimo libro sui epithomatis) cum gaditani a tyro (vnde et cartaginensibus origo est) sacra herculis perquietem iussi in hispaniā transfulissent / vrbesq̄ gades ibi condidissent: inuidentibus incrementis noue vrbes finitimis hispanie populis / ac propterea gaditanos bello laceissentibus: auxilium consanguineis cartaginenses misere: ibi felici expeditione et gaditanos ab iniuria vindicarunt: et maiorem partem prouincie suo imperio adiecerunt. post hoc hispania a cartaginensibus ad romanos primo ex parte secūdo in totum transit / hac occasione: cōsulatum agente Appio Claudio (qui primus contra cartaginenses arma sumpsit) anno ab vrbe condita. 477. secundū eutropiū aut .478. secundum titum lūium cartaginenses iam potentes in Aphyrica et hispania: effecti cumq̄ non paruum etiam Sicilie partem sub sua ditione tenerent: Messanās eiusdem insule vrbes eis non obediētes infestare obsidereq̄ aggressi sunt. Messanēses auxilia a romanis petierunt. vnde appius claudius consul exercitum traiecit in siciliam: cum tamen antea romani terminos italie nunquam egressi fuissent: ac nauale bellū classiq̄ apparatus antea romanis res esset incognita. Atq̄ ita excaudit eserbuitq̄ inter romanos et cartaginenses bellum: vt non contenti eo: quod gerebatur in sicilia: ad hispaniam vsq̄ etiam illud extenderint. in quo plurime vrbes et populi a cartaginensibus defecerunt ad romanos. Postea vero inter romanos et cartaginenses pax composita est sub hac conditione: vt ea pars que citra iberum fluum est et pireneum attingit romanis cederet / altera vero pars que vltra est et in herculeum fretum tendit cartaginensibus traderetur. Saguntum vero nobilissima hispanie vrbs / cui vltra iberum esset et ad penorū partē confisteret / post longa certamina

Greci hispaniam obtinent.

Gaditani ad hispaniam veniunt.

Cartaginenses ad hispaniam veniunt.

Romani ad hispaniam veniunt.

Bellū inter cartaginenses. et romanos.

Pax inter eosdem.

Saguntum.

Sexta pars. §. I.

Hannibal saguntū
obsidet et capit.

Mulierū fatius.

libertate donata est: cum facile diuidi non posset: neque propter eius magnitudinem in portiones distribui conueniret. Postea cum hannibal / qui cartaginensius partes eius exercitu tenebat / gubernabatque: contra federa pacis saguntū obsideret: ac primo quidem ciues obsidione perterriti et sese imperata facturos polliciti: argenti trecēta talenta et totidem obsides dare pepigerunt. Quibus acceptis conditionibus: hannibal cum soluisset obsidionem: saguntini penitentia ducti: nichil eorum que pepigerant: prestiterunt. Rursus igitur ad obsidionem conuersus hannibal: et durius inito certamine oppressos malis iudicijs barbaros: tandem ut conditionibus huiusmodi dederent: per pulere: ut liberis hominibus cum singulis tantum vestimentis ex vrbe migrare liceret. Mulieres igitur id quod tandem euenit fore suspicant: ut scilicet hostes diligentius viros ne quis occultum telum efferret intuentes: se ipsas egredientes negligenter atque in tactas abire permitterent: gladijs intra sinus occultatis / ex vrbe digresse sunt. Cumque omnes iam ciues urbem exissent: hannibal equitum massyliensium turmam ad portam ciuitatis in statione collocauit: ceteris in composito ad urbem diripiendam intrare permissis. Cumque multi: ut in talibus fieri solet: multa iudicijs asportarent: non se ultra continere massylienses potuerunt: sed porte estatione dimissa / indignantes ad predandum discesserunt. Interea mulieres clamore sublato: cum gladios quos gestabant viris tradidissent: simul cum illis impetum in hostes fecerunt. ferturque earum unam ex hanonis cuiusdam manibus direptam hastam in eum ipsum vulnerandum conuertisse: verum quia thorace inductus erat: occidere minime valuit. At viri multis hostibus interfectis: reliquis vero qui obuiam venerant in fugam versis / una cum mulieribus sese ex vrbe incolumes receperunt. Quod postquam est hannibali renunciatum: equites repente qui persequerentur dimisit. Cumque ex ipsis aliquot adduxissent captiuos: ultimo supplicio affici iussit. Verum maxima pars in proximos montes dilapsa: hostiles manus effugerunt: qui paulo post misso ad hannibalem caduceatore: veniam atque in urbem reditum ab eodem impetrarunt octauo obsidionis mense cum magna hominum cede et strage: ruptaque omnino pace: romani in cartaginenses bellum indicunt. Creantur consules ad id bellum gerendum in sicilia et italia (quo hannibal properabat) publius cornelius scipio et L. sempronius. Hannibal enim considerans quod ipse huius belli causa fuerit / non decretum cartaginensis senatus: cum milites in nouam cartaginem reduxisset / partitis spolijs militibusque ex victoria iocundatis / munitis hispanie urbibus in italiam ire parat. Occupata autem reliqua hispania pyreneis transire satagit. Et superatis ilergetibus (qui nauarri hodie dicuntur suntque coniuncti pyreneo) per rucifum

Hannibal p nauar
rā transit in italiā

Sexta pars. §. I.

vallem in vasconiam atque inde in italiam se transtulit.

Interis vero gnens scipio publici scipio

nis frater in hispania (a plenis omnino ita occupata) mittitur contra hasdrubalem hannibalis fratrem. Quē hannibal in italia proficiscens hispanie profecerat. Qui cum in hispania aduenisset / pretermisissis alijs: quę gessit. quia non deseruunt multum proposito / tarracone capta ibique dimisso presidio classe in vrbes emperias remissa Ilergete gentē opprimere decreuit. Ilergetes aut nauarri dicti sunt qui et ipsi coniuncti sunt pyreneo. Profectus itaque scipio in Ilergetes Atanagrum urbem (quę hodie pampylonā dicunt) obsidet. Quę caput illius gentis habebatur / sicut et nunc. Hęc enim ciuitas siue condita fuisset a grecis siue a cartaginensibus siue forte a romanis / cum possiderent partes hispanie quecumque est / citra iberum / non satis ex auctoribus constat: dicebatur tamen atanagrum. Quę cum forte post diruta / a pompeio magno esset reedificata vel saltem amplata / dum non longe ab ea pugnassemus cum fertorio: dicta fuit pompelis id est ciuitas pompeij ut voluit strabo in li. 3. de situ orbis. Postea vero corrupto vocabulo Pampylonia ab aliquibus ab alijs vero corruptiori adhuc Pampylonia appellata est. Ad hanc igitur scipio cum venisset atque eam obsidione circumfisset: Post dies paucos obsidibus acceptis ilergetes ipsos pecunia quoque multatatos in eius ditionemque recepit. Inde in austranos procedens / tute lam urbem ad oras iberi perueniens obsedit: cumque cesar Augustani alijque vicini / vrbi ferrent auxilia: nocte non longe ab vrbe / cum intrare vellent / excepti insidijs cessi sunt ad duodecim millia: reliqui vero per agros diffugere sunt compulsi. Vrbi tunc maximo adiumento erat nix iniqua infestaque oppugnantibus. Quę (cum hyemis esset) per .xxx. dies quibus durauit obsidio / altitudine quattuor pedum alta extitit. De inde cum amusius eorum princeps ad hasdrubalem confugisset / oblati de vrbe .xx. talentis argenti obsides / tarraconem deducuntur. Cum vero Hasdrubal a scipione victus esset ac perinde in lusitaniam exercitum duxisset: ac propius oceanum confidere fecisset / sperans reliquis estatis ibi tranquile transigere: Interim sicut hispanis mos est noua experere / Mandonius quidam nobilis ex ilergetarum gente (que / ut diximus / hodie nauarrensis dicitur) cum intellexisset romanum duces a saltu castulonis ad maritimam oram duxisse partem romanorum sociorum / eos inuasit: contra quę / cum a scipione missi fuissent tria milia romani exercitus cum expeditis auxilijs: leui certamine deuictus est Mandonius: ipsoque capto ac omnibus suis occisis tumultus sedatus est.

§. I.

Scipio venit in hispaniam.

Nauarre opprimuntur.

Pampylonia obsidet et capitur.

Tute lam obsidetur

Amusius nauarorum princeps.

Hasdrubalagneosa piene vincidit.

Mandonius nauarrus vincidit.

Mandonius vincitur et occiditur a romanis.

b

Sexta pars. §. 2.

§. 2.

Publius scipio venit in hispaniam.

Duo scipiones fratres vincuntur et occiduntur a cartaginensibus.

Scipio africanus venit in hispaniam eamque subiugat.

Nauarii rebellant contra romanos et subiugantur.

Post hoc autem publius scipio cum exercitu in hispaniam venit. Sine quoque scipio fratri se ad iunxit / atque deinde post aliquod tempus ambo in hispania contra cartaginenses bella gesserunt. Qui cum feliciter cum hostibus per non paruum tempus conflisissent: tandem fortuna omnia versante: ambo pariter et victi et interfecti sunt. In quorum locum statim subrogatus est lucius marcius septimi filius / ab ipso exercitu in ducem sive imperatorem assumptus. Post hoc publius cornelius scipio publij scipionis interfecti filius in hispaniam venit a Senatu populoque romano imperator creatus: sub cuius imperio et ductu / peni ab hispania fuerunt omnino expulsi et tota fere terra in ius ditionis romanorum venit. Cum iam igitur romani tota provincia potirentur: post paucos dies cum egrotaret scipio graueret / et in morte eius in qua corde sincero romanis non adhaerant: sed necessitate compulsi / ponerent spem: ille getes qui et nauarii / Mandonio et indibili duces rebellauerunt. Post restitutam autem scipioni sanitatem: in eos mouens praeterea: eos victos (non parua facta strage nec sine ipsorum romanorum incommodo) ad obsequium reduxit. Nec fere sunt peracta anno ab urbe condita. 543. Sicque deinceps mansit hispania sub ditione romanorum per longa tempora / excusata in diuersis ipsius partibus per diuersa tempora rebellionibus: contra quas diuersi duces sive imperatores per vices missi sunt: qui eas nunquam ad plenum coercuerunt. Quae omnia praetermittimus: ne nimis plura faciamus volumus: et ut in his quae ad nauarram spectant (quae proposito proprie deseruiunt) insistamus.

§. 3.

De octauiano cesare.

Cantabri romani non parent.

Tandem anno ab urbe condita. 710. interfecto in senatu Julio Cesare. Octavianus testamento ipsius caesaris auunculi sui et hereditate et nomine assumpsit annos natus. 17. Qui cum post paucum tempus consul crearetur / et cum antonio et leptido ab eo anno quo primum consul creatus est duodecim annis imparer: tandem cum antonio confligens propter repudiatam sororem: eum debellauit naualli pugna: atque interfecit. Ex eo autem die rerum omnium summam atque absolutam potestatem (quam greci monarchiam vocant) adeptus est. Qui bus peractis Caesar ipse Octavianus iam a senatu cognominatus augustus cum animaduerteret cantabros / vaceos austeres et iliturgos ferocissimas hispaniae nationes romano imperio non parere: in hispanias ad eas perdomandas venire parat / existimans parum fuisse bellum gestum in hispania per annos plusquam ducentos ab ipsis romanis: si ille nationes libere ab eorum iugo existerent. Ille enim nationes (quantum coniectura iudicare licet) partim romanis nunquam se

Sexta pars. §. 4.

subdiderant / ferocitate praeterea et asperitate terre suae habitationis freti: partim temporibus ante actis ab obedientia iam ipsorum se substraxerant forte discordijs civilibus ipsorum romanorum primo inter M. Marius et sillam: secundo inter cesarem et pompeium adiuti. Inter has autem quatuor nationes (ut historici dicunt) cum potentiores essent cantabri et astures: cantabrorum (sub quibus nauarii ab historiographis et cosmographis computantur) effrenatio et magis pertinax in rebellando animus fuit: qui non contenti libertatem suam defendere / finitimis imperare temptabant vicinasque gentes crebris incursionibus fatigabant. Ad hos igitur cantabros augustus primus veniens / partito exercitu eos debellare cepit: habebat enim classem ab oceano: que terga hostium graueret premebat. Hinc cantabri deficientes nec vis romanorum ferre valentes / fugam in eminentissimum vicinum montem arripiunt: in quem potius oceani maria quam romanorum arma ascensura esse crediderant: Octavianus ipsum montem fossa et vallo quindecim miliarum obsidione circumdedit / assistente circum undique romano exercitu. Cum vero obsessi extrema vite vidissent: die timens fere certarent: certi de suo interitu / quidam qui ferro cum hostibus agere non poterant / veneno sumpto: quod ex arboribus raris exprimitur: (quorum arborum in ipso monte copia magna est) mortem sibi conscuerunt: sicque illorum pars maxima obsessorum a captiuitate (quae inuicere videbatur) subtracta est. Deuicta itaque hac cantabrorum natione / deinde et aliae tres scilicet asturum vaceorum et iliturgorum deuictae sunt et sub iugum romani imperij sunt redactae. Durauit autem bellum hoc per annos quatuor ut placet Orofio et lucio flozo. In hoc tamen dissentiunt an per se augustus cesar illud gesserit an per legatos: pluribus tamen placuit quod per se illud gesserit augustus: quamuis lucius florius dissentiat: tamen liuius per eundem augustum perdomitas ait hispanias primum. Denique hoc bello finito / cum omnia bella humani generis cessarent: Augustus cum Tarraconem diuerteret / iam secundo (se imperante) portas iam claudijussit: atque ibidem illud instituit edictum quod in euangelio luce legitur: exit edictum a cesare Augusto etc. ut in tractatu insularum maris oceani. c. 7. §. 7. et 9. late diximus. Nec cum circa ortum saluatoris hoc modo confecta essent: quicquid terra sub imperio romano per multos annos: ille enim rebellandi finis hispaniae (ut ait lucius florius) ac de inde certa fides. Vandali etc.

Cantabri.

Octavianus contra cantabros debellat et vincit.

Edictum caesaris augusti.

§. 4.

Vandali alani hugni et sueui veniunt in hispaniam eamque inter se patiuntur

Postea vero circiter annos domini. 30. barbatae quaedam nationes hispanias inuaserunt. Quaedam. Alani. Hugni et b ij

Sexta pars. §. 4.

